

R. 1795



ΕΙΣΑΓΩΓΗ  
GILB. GENE-  
BRARDI THEOLO-

GI PARISIENSIS, DIVI-  
NARVM HEBRAICARVMQVE  
LITERARVM PROFESSORIS  
REGII,

*Ad legenda & intelligenda Hebraorum & Orientalium  
sine punctis scripta.*



2 400 40 Saf



P A R I S I I S ,


Apud Aegidium Gorbinum, sub insigne Spei, è regione  
Collegij Cameracenfis.

M. D. LXXXVII.

R. 1995

ΕΙΣΑΓΩΓΗ  
GILB. GENE-  
BRARDI THEOLO-  
GI PARISIENSIS, DIVI-  
NARVM HEBRAICARVMQVE  
LITERARVM PROFESSORIS  
REGII,

*Ad legenda & intelligenda Hebraorum & Orientalium  
sine punctis scripta.*



P A R I S I I S ,

Apud Egidium Gorbinum, sub insigne Spei, è regione  
Collegij Cameracensis.

M. D. LXXXVII.



Sanctissimo ac Beatissimo Patri  
SIXTO QVINTO  
Pontifici Maximo,

*Gilbertus Genebrardus Theolog. Parisiensis, diuinarum  
Hebraicarumque literarum Profes-  
sor Regius.*

\*\*

**A**R CANA veteris Hebreorum li-  
teraturæ , priusquam illius diuini  
charakteres humanis & Masoreticis  
punctis alligaretur, Sanctissime Pon-  
tifex, nulli melius, quam V.S. enun-  
tiare possim aut debeam. Nam non  
modo sacras literas colis, verum etiam illarum patro-  
num te apud omnes gentes vltro constituis. Deinde  
cum in Vrbem venire: memorias Apostolorum ingre-  
di: limina Petri & Pauli ex osculari: Martyrum cryptas  
lustrare: Apostolicorum, qui istam Ecclesiam suo ser-  
mone & virtute stabilierunt, trophæa suspicere: Re-  
ligionis & Imperij antiqua monumēta spectare: He-  
breos, Syros, Græcos, Abyssinos & reliquos exterios,  
parum in nostra Gallia cognitos, in Italia propter lo-  
corum opportunitatem, Cathedræ dignitatem, Eccle-

\* ij

## EPISTOLA.

fixæ communionem creberrimos cōuenire: Variarum nationum, linguarum, literarum seminaria à præcessoribus tuis condita, à te aucta, ac, vt omnes toto orbe confidunt, absoluenda visere: φοιτης ἡεια Græcorum à Theodosio Zygomala Hieremię Patriarchę Protoneotario, cæterisque Constantinopolitanis cognita & celebrata terere: Viros eruditionis, virtutis, pietatis laude clarissimos consulere: Vaticanam, Marcianam, aliasque bibliothecas locupletiores voluere: Illustrissimum denique Cardinalem Ioyeuseum Francicæ protectionis munere apud T. S. functurum comitari instituam, mihi sic commodius aditum, ad tuos Apostolicos pedes amplectendos patefactum iri spero optoque. Notum enim est vetus verbum Diuos non esse adeudos sine munere. Quod etsi T. S. ratio ne perexiguum videatur, nostræ tamen professionis & facultatis æstimatione est perquam maximum. Ade veterum veteris testamenti, vt Septuaginta Seniorum, vt Hieronymi interpretationes inde copiosam lucē hausturas. Ideo enim sæpe obscurores apparent, quod insipienti puncta à recentioribus Rabbinis, quos Masoretas appellant, elementis Biblicis affixa, post eiusdem Hieronymi sæculum, non facile occurrat, quid maiores illi nostri legerint: cùm attendenti ad nudos characteres, regulis præsertim, quas in hoc opusculum congeffimus, instructos, illorum lectio non solum emicet, verum etiam mirabilis sapientia, qua per Spiritum S. ad præstantiorem intelligentiam & diuinis mysteriis propiorem diuina oracula translulerunt, plerunque effulgeat. Cuius rei gustum hic præbere-

## EPISTOLA.

præberemus fusius, nisi haud contemnendum iam præbuisset explicandis Psalmis, & præbituri essemus aliquando, si Dominus nostris conatibus, studiis, cōfiliis fauerit, ex plananda nostra vulgata utriusque Testamenti editione, & indicada in vulgus aliarum, quæ septuaginta his annis conditæ sunt, quotidièque nouæ sine numero cuduntur, cum improbitate, tum vanitate. Hoc interim qualemque tuo S. nomini offririmus, vt si ad complurium proborum, doctorumque Catholicorum calculos, tuū adiicias, sim ad ante dicta perficiunda inflammatio & ad alia capessenda acrior, quæ quidem cessura Ecclesiæ utilitati, veterum interpretum splendori, vulgatæ editionis illustratiori illi & ego iudicamus. Salve igitur, nōs que ad te Lutetia venientes, Apo stolici vultus serenitate re crea. Calend. Iunij. 1587.





## LECTORI.



CASIO huius libri scribendi fuit, quod olim ego & plerique antea omnes deterreremur lectione Rabbinica, id est, pectorum experte, tamquam difficulti, vel etiam impossibili, vel certe arbitaria. Nec interim huic opinioni refellendae vel sanandae ullus occurreret.

Accedebat, quod, qui doctrinam famam sibi comparauerant, non modo hanc opinionem non eripebant ex tyronum mentibus, sed etiam altius infiebant atque adeo augebant, siue ut soli docti videretur, siue quia serio fortasse ita sentiebant.

1 Campensis, vir alioqui de lingua sancta optime meritus, Eliæ Leuitæ discipulus, Clenardi præceptor, qui Latinorum primus præceptiones Grammaticas satis obscurè, parum methodicè à sante Pagnino, Reuchlino Capnione, & primis aliis Latinis Hebraicarum rerum tractatoribus explicatas, dilucide, methodicè, cum luce & ordine edidit ad Eliæ Leuitæ præceptoris imitationem. Campensis in quaenam dicere solebat non tam legi Rabbinorum scripta quam dininari.

2 Ab eo parum abscedit quidam Cheuallerius, apud suos & cacolycos alicuius nominis, apud Catholicos & doctos malus & indoctus, Tum quasi communis sensus expers & vacuus, mancam scripturam appellat & imminutam eam, quæ punctis caret, ut ideo audacter affirmet, & contra omnium historiarum & seculorum fidem, puncta ab ipso Mose vna cum literis sacris veteris testamenti in deserto fuisse tradita. Esse enim nefas dictu, legem mancè, imminutè, imperfectè à Deo fuisse profectam.

3 Elias in libro Maforeth Hammareth, cui historiæ suorum veritas erat cōperta longè aliud & sensit & scriptit. Docet enim rationē illam legendi absque punctis vñi & exercitationi esse tribuendam, atque in huius rei testimonium siue argumentum ait se Romæ conuenisse Aethiopas presbyteri Ioannis legatos, qui responderūt se suam linguam & literaturam legere vñi, non preceptis.

4 Cheredamus in Alphabeto mystico, tribuit præceptoribus, qui nos (inquit) Hebraicarum contractionum rationem doceant. Appellat contractiones omnia vocabula definita vocalibus punctis.

5 Munsterus in sua Chaldaica Grammatica præceptionibus Hebraicis, & Chaldaicis, vbi iis accesserit mediocris vocum perceptio & intelligentia.

Certè, ut ista in summanam colligamus, hæc plurimum habere momenti negare nec possumus nec debemus. Excipio duntaxat diuinationem Campensis & Ceuallerij mancam, siue defectionem, deliquium aut potius debirium.

Vñs, quem Elias postulat, Præceptor, quem Cheredamus exigit, Præceptiones Grammaticæ utrumque lingue, à quibus præsidium & opem petit. Munsterus cum aliqua sacræ linguae intelligentia magnam habent vim ad legendos Rabbinorum commentarios.

6 Sed ego doceo, tantisper dum hæc omnia nobis comparamus quandam esse artem,

quandam rationem, quandam modum, ut non vbiique constantem (nam in Grammaticis solet esse aliqua exceptio,) & immotam, at valde probabilem, ferè contingentem, quam si sequamur veluti ducent, puto nos non facile aberraturos.

Quod firmo tribus rationibus. Prima, quoniam ars definitur obseruatio siue collectio multorum præceptorum ad certam quandam finem tendentium. Colligi possunt, ut & hoc libro collegimus, certa præcepta ad unum hunc legendi finem tendentia. Eius igitur est aliqua ars.

Secundam è consuetudine Rabbinorum ducamus. Hi solent suis scriptis literas vocales inspergere, vbi lectionis difficultas incidere potest, & solet, præterea administras quasdam literas inserunt, quæ nō proprie dixerim, manu ducunt ad ipsorum lectionem.

Hæc consuetudo, cum non sit altera natura, quædam ars, quoddam artificium, quædam ratio sit necest, ad illustrandam lectionis obscuritatem.

Tertia ex ipissimè Hebraicis petitur. Hebraicæ hec artificia omnes linguas suis characteribus sine punctis repræsentant & exprimunt. Fagiū in Pentateuchum hoc docet de Germanicâ, qua affirmat Hebraeos, Germanicos multos & prolixos libros scriptissime nudis literis Hebreis. De Italica, Gallica, Hispanica liquet in Rabbinorū commētariis & Breuiariis, qua ipsi appellant. **סִדְרִים סִירָרִים תְּפִילֹת**.

Contrarium infirmari potest. Primum scripta punctis experti non sunt abbreviatio. Scriptæ vel defectiones ut censuerunt Campensis & Ceuallerius. Abbreviations sunt di-Rabbitionum compendia, non integræ dictiones, quæ proinde appellātur **רַבְבָּרָה**, notarikon, q. notariatus, à notis, voce à nobis, sumpta, quando vocum nō sunt capitalis, initialis, i. prima litera tantum ponitur. Quæ sunt compendia vera & propria, abbreviatio-nes.

2 Quia in abbreviationsibus, ut in Græcis & Latinis apparat, literæ radicales & themata vel corripiuntur, vel surripiuntur, siue de medio tolluntur. Dñs, pñ. נֵצֶר חַנְכָּה. Hic stœta sicut radicales.

3 In veris abbreviationsibus vocales omnes aut plerque omnes desiderantur, Ch̄s, &c. At apud Hebraeos, ut vbiue vocales siue literas protractionis dictiones nō habeant, certè habent pluribus in syllabis. Vix enim reperias dictiōnem, cuius aliqua aut etiā duæ syllabæ non habeant ynam ex literis.

Secundo nō sunt contractions, ut censuit Chæradamus quod ab enumeratione partium demonstrationi potest. Omnis contrac̄tio vel est κράτος vel συναψία vel potius **tractio**, ut hanc subtilitatem Grammaticis relinquamus. Omnis contrac̄tio fit per crasis. i. elisionem vocalium, vel per syncopem, quæ est consonantium abscessio. Hic neque eliduntur vocales, nam potius ad ostendendam lectionem adiiciuntur, vii dixi & hoc libro apparebit, neque absinduntur consonantes, ut oculis & digitis percipi potest.

Tertio non sunt syllabarīa. Ut aliquis à simili posset contendere & augurari, quod Al-Nō syllabæ Indicum non tam sit Alphabetum, quam Syllabarīum, quoniam unaquaque laborinorū litera, siue character suam vocalem non infert.

Quid igitur sunt scripta huiusmodi? Respondco, non abbreviations, ut docui, non contractions, non syllabarīa, sed integræ dictiones & perfectæ, constantes suis numeris, id est, suis radicalibus & essentialibus literis, exutæ quidem externo illo & humano punctorum commento, quod anno quater millesimo, crecentesimo, ut minium, anno ab orbe condito, excogitatum est ad stolidis & rudibus consulendum: sed vestitæ rebus & ornamentis ad legendum necessariis, quibus contéti fuerunt olim docti, pariter & indecti, apud omnes Orientis Provincias. Occidui, quia non tam valuerunt ingenio adhibuerunt externe ornamenti & literas superfluas &c.

Ergo aliqua ars legendi sine punctis.

La tribus precipue constat obseruatione literarum protractionis, Characteristicarum literarum, syllabarum, atque adeo particularum ministerialium, de quibus in Periocha, Perfectur autem alijs tribus, Nempe

Analogia, Regulis grammaticis, V. s.



## LIBRI PERIOCHA.

Tres sunt præcipua lectionis sine punctis notæ. Illam enim primū ostendunt literæ protractionis sine punctis, ut בּוֹכְבָּה koncáb, צָדִיק tsadik, צָוָאֵר tsauár, בְּנָה baná. Deinde characteristica seu symbola tam verborum quam verbalium (sunt autem omnia Hebraeorum nomina fere verbalia. A verbo enim aut usitato, aut saltem ficto, vel obsoleto descendunt) הַפְּקִיד hiphkíd, יְפֻקּוֹר iphkód, הַתְּבָאֵל hithpael, et ita cum reliquis indicibus præteriorum, futurorum, modorū, personarum, numerorum, coniugationum. Sic in verbalibus טְבַשׁ misfát, in quibus scilicet una est ex literis hebreis, Postremò litera ancillantes et præsertim סְתַחׁ וְכָלְבָּ מose vecaléb. Item affixa. Ac de iis quidem ordine hoc libello traditur, explicatis sparsim plurimis, quæ potius ad illorum intelligentiam, quam lectionem pertinent.

## ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΑΔΙΕ<sup>Ι</sup> GENDOS HEBRÆORVM COM- mentarios, sive Alphabetum Rabbinicum.

 Iteratū, quibus Rabbini Hebrœorum plurimum vtūtur, forma aliquantò minus quadrata, paucioribus & minus exquisitis tractibus constans, & proinde inueni.  
Elias in Tibi.

Stior concitatiorque est ea, qua contextus bibliorum pingitur. Vnde à Munstero, & Pellicano literæ eorum rectè currentes vocantur, ab Hebræis verò כתנור, ketibá ketanná, scriptura parua, & nomine proprio טְקִינָה masket, ignoto quidem etymo, sed voce, iuxta quosdam, apud Arabas macilentum extenuatimque significante. Sic enim depingunt,

טְקִינָה וְקִינָה, קִינָה וְקִינָה

Finalium verò hæc sunt lineamenta.



Nam tertium Scripturæ genus ab Arabibus sumptum & mualek nuncupatum ratus usurpat, quo videlicet literas duas aut plures alias in aliis locant, implicat, corrūpunt רְבִי pro dibr, יְסָאֵק pro isaac, vel more abbreviationum Græcanicarum, inter se ligat & confundunt pro כְּבָא, קְבָא, qualibus figuris & ligationibus libri eorum olim in Hispania conscripti inueniuntur. Initio autem admonendus es, quisquis traheris studio

A

*Grammatica  
nota esse debet  
si qui aspirat  
ad Rabb. lectio  
nem.  
Gell.lib.2.c.2;* legendi Hebræorum commentarios, ut prius dili-  
genter incumbas in præceptiones grammaticas. Nam tota legendi ratio, etiam contextus, p̄det ex  
analogia & proportione grammatica, quæ est simi-  
lium similis declinatio, notatio, & regula, cui Ano-  
malia quidem opponitur, sed in hoc idiomate ra-  
tissima existit, immò nulla ferè nisi in verbis, de quib  
us liber Eliæ, qui inscribitur *Harcaba*. Nec ramen-  
velim, primùm te in quasuis, sed Clenardinas tantū,  
aut etiam D. *Quinquarborei* Institutiones incide-  
re, quòd facilima & breuissima methodo conscri-  
ptæ sint. Deinde hortor, ut te conferas ad eiusdem  
D. *Quinquarborei* opus *De re grāmatica* Hebræo-  
rum. Nam quæ breuiter & succinctè in tabulis Cle-  
nardi, aut huius Institutionibus didiceris, illic ea-  
dem ferè methodo magnificè & amplè tractata re-  
peries. Neque enim in primis atque statim consu-  
lucrim Sātem, Capinionem, & superiores Christia-  
nos rerum Hebraicarum tractatores. Quoniam  
Grammaticas doctas quidem ediderunt, sed valde  
incipientibus obscuras, difficiles, ne dicam metho-  
di & ordinis expertes, quia non æmulabātur Eliam  
Leuitam, qui primus inter Hebræos ad lucē & per-  
spicuitatem rem istam euocauit, verum vetustiores  
Rabbinos, qui eruditè quidem, sed parum metho-  
dicè illam explicauerant. Si vacat interim postea il-  
los adito, quin & fontes ipsos, ut *Michlol*, oratio-  
nes Eliæ, ac similiū Rabbinorum operę ad satie-  
ratem exhausto, nec malis ex riuulis, quam scaturi-

gine bibere. Præterea debes mediocriter esse versatus in dictionum significationibus, earum saltem quarum mentio sit in Grammatica, quam didicisti. Ne nomina legas pro verbis & cōtrā. Itē nomē vnū pro altero. Quæ incogitantia veteribus Bibliorum interpretibus, antequam illa punctis exornassent Masorethæ, frequenter imposuit, ut in זבר Osee 14. dum Septuaginta legunt זבר *dauar*, Hieronymus vero זבר *deuer*. Similiter in מוש Genes. 47. dum hic legit מוש *mittā*, illi מוש *matté*: sic varia lectione וְ & cum & populum significat. Hac de re extat historia in tractatu quodam Talmudico, cuius inscriptio est Elias pref. 3  
Mas. בתרא *baba bathrá*. Quidam enim Rabbinus in verbis Deuteronomij 25. רְלִבְנָה אֶת זֶכֶר עַל legebat זechár à forma gemini τ, hoc est, masculum, pro זecher per ::::, id est, memoria: vnde & ob suspicionem corruptæ scripturæ, à Ioab discipulo imperfectus est. In his ac similibus iudicio est opus, ne existimes omnia regulis comprehēdi posse. Sed his obseruatis, facilis est reliquarum dictionum lectio.

*De vocalibus Hebreorum, quæ in puncto  
rum locum sufficiuntur.*

Harum enim literarum, quarum figuras principi  
piò depinximus, tres vñc cum sine punctis vocalibus  
scribunt, locum subeunt vocalium. Aleph rād  
Iod & Vau passim, ut eas Agathius Guidacerius in  
suo Ἀποθέωσις κριτής post auctore Ietsirā recte נאיאת Im

*moth hakkeriā*, matres lectionis appellat, quod videlicet omnes vocales contineant ac veluti procreent. Aleph enim præsentim in ambiguis pro páthah, hatéph páthah & caméts, Vau pro holem, caméts hatéph, surec & qibbúts, Iod pro ségol, tséri, vtroq; hiric, scheuá, & hatéph ségol ponitur. Quod clare indicat Elias prefatione 3. libri Masorethi Veteres, inquit, hólem appellantur  $\aleph$  o, suréc  $\aleph$  v, hiric  $\aleph$  & cætera. Qui etsi has literas vocales non appellant, vt ut vocem designates, sed potius quiescentes, quietas, immobiles, spiritales, literas tractus siue protractionis, quod eas variè efferrī contingat pro ipsarum ad puncta affectione, quæ ad minicula hodiè sunt lectionis, tamen quia ubi sine punctis scribitur, in punctorum locum substituuntur, non alienè quamvis discedentes à communis rabbinorum appellatione, vocales nominabimus.

*Ioseph. lib. 4. belli.*

Nam & ante punctorum inuentionem Iosephus φωνήν την, & quidem addita  $\eta$  pro quarta vocali, nominavit. Vnde rectè eas per sua scripta disseminant. Sic enim lectionem non modo efficiūt planiorem, verum etiam pleniorē & perfectiorem. Itaque nunquam probauit Caninij, Tremellij, Merceri ausa, qui freti Danielis & Ezræ analogia, scripturā interpretum Chaldaicorum & noui testamenti Syriacam vitiarunt, his vocalibus literis penè omnibus subductis, & in earum vicem punctis ē suo capite suffixis. Primo quia illæ inspersæ fuerant ab ipsiis met auctoribus, quorum voluntatem temerare,

& scripta adulterare crimen est falsi. Deinde quia non sequitur, Hanc analogiam in suis Chaldaicis tenierunt Daniel & Ezra, ergo & Ionathan, Onkelos, &c. Nam perspicuum est in omnibus linguis varias & proprie innumeratas esse dialectos & alios aliis loqui impurius. Adde occultam paucisque notam pronuntiationis vim in illis inesse literis, quam si non possis assequi, alius fortasse assequetur. Ad quam fortassis allusit D. Hieronymus scribens se quidem Chaldaicam linguam intelligere, sed eius <sup>Proleg. in 1</sup> <sub>mel.</sub> verba non posse sonare. Sed ad rem, Id obseruant non in medio tantum, verum etiam initio dictionū, saltem cum peregrina nomina Hebraicè scribenda sunt. Exempli causa  $\aleph \aleph \aleph$  alga, iuncis species in Kimhi commentariis in Ionam.  $\aleph \aleph \alpha$  alpha in Elia,  $\aleph \aleph \aleph$  capitula in eodem,  $\aleph \aleph \aleph$  panai,  $\aleph \aleph \aleph$  cignonia in Rabbi Selomone Gallo. Et in contextu  $\aleph \aleph \aleph$  atha, Esræ,  $\eta \aleph \aleph \aleph$  mataim Ios. 7.  $\aleph \aleph \aleph$  manin, Danielis.  $\aleph \aleph \aleph$  kam, Daniel 7.  $\aleph \aleph \aleph$  Iehudai in tharghumin, & sexcētis aliis, ut pluribus postea docebitur. Quāquam olim non tam anxiè in istarum potestate discernenda sudatum sit. Quin potius ut tres tantum vocalium figuræ erant, ita non nisi tres voces reddebant, & faciente A, Vau sonum quendam confusum & indistinctum inter o & v sibilante, qualis fortasse fuit  $\mu \epsilon \gamma \alpha \lambda \sigma \nu$ , postquam eovti cœperūt loco  $\sigma \mu \chi \rho \sigma \nu$ . Iod verò nescio quid inter i & e fremente, instar  $\eta$ , <sup>In Gratillo.</sup> Græcorum, quemadmodum cernere est in veterū allegationibus. Hæc enim verba Hebraica Esaiæ

26. בְּבָבִיּוֹתָה עֲרֵי עַר בְּבִיהַ הַחֲזָזָק שָׁלְטִים, in Originis hexaplis in hunc modum Græcè citantur, Βερού βαδωράι αδ' ἀθ' χί βαϊδ ἀδωράι σώρ ὄλεμεν. Quod ne mireris à veteribus etiam Latinis factitatum est, scribente Fabio, medium fuisse u & i literarum sonum. Non enim sic optimum dicebant ut opimum, & in here neque e neque i planè audiebatur. Sic o & u confusæ inuicem, vt Hecuba, nostrix, Pulixena, Culchides, volt, Dauos, dederont, probaueront, &c. Quæ passim apud Comicos occurrunt. Nam id crebrò, inquit Seruius, antiquis in lectionibus inuenitur, sicut in epistulis probat Verrius Flaccus exemplis, authoritate, ratione, docens in aduerbiis maximè pro u, o maiores ponere consuetos pro *huc*, *hoc*, sicut pro *illuc*, *illo* hodie dicimus. Addo œ, mænire pro munire, mætuus pro mutuus, mærus pro murus, item oi, oii pro vti. Nam Martianus oifus scriptum ait apud veteres pro vsus. Hinc illud fortasse Ciceronis de Legibus Ast quid erit, quod extra magistratum cerator oifus sit. i. vsus. Etsi Adrianus Turnebus antiquioris literaturę princeps oefus emendet. Quo etiam paſto E & I sine discrimine posuerunt. Inibrum & Inebrum quod inhibet & retardat. Fortasse quia Iota accommodatum est elementum ad tenuia quæque & per omnia maximè penetrantia exprimendū, vt ieray, ierachy, ire, progredi. Cum autem sensim ab hac vocis commixtione discedetur sæculis in dies eloquētioribus, accrescerētque vocalium seu vocū numerus & varietas, Hebræi

*Rab.lib.1.cap.6*  
*Priscia.lib.1.*

*In lib.3 Ac-*  
*reid.*

*Turneb.lib.3.*  
*Aduerj.c.11.*  
*& cap.5.*

*Plato in Crat.*  
*tylla.*

quoque distinctam magis suarum rationem habuere, nulla facta figurarum in literis vocalibus, quas tres tantum posuimus, amplificatione. Itaque iam nunc de illis dici potest, quod Macrobius de vocalibus Latinorum, Apud nos, inquit, si sonos vocalium, nō apices numeraueris, septem sunt vocales, etiam si easdem modò longas, modò breues pronunciando, quinque ( & apud Hebraos tres) quām septem tenere malueris. Cuiusmodi ratio vel locus fortasse Ambrosium Theseum mouit, vt scriberet apud Chaldæos, Hebræos, & veteres Samarianos sex esse vocales ו & מ. Apud Arabas, Punicos, Turcas, Persas, Tartaros septem, Eliph, Voe, Ie, Hé, Hha, Ain & Hé. Apud Iacobitas & Cophtitas siue Ægyptios Christianos decem, septem videlicet Græcas, v latinam, duas Hebraicas Hori, id est, ו & Gieusa, id est, y, sed ei non assentior. Nam aper- tè aspirationes siue literas aspirantes cum vocalibus confundit. In eo autem non nihil variatūt Gre- ci veteres. Cùm enim olim duabus his ו & א, vt est apud Platonem in Cratillo, non vterentur, sed illarum uice ו & א geminarent, posterius illas tam figura quām voce à reliquis discrepantes adie- re. Illud autem contigit apud Hebreos, authore Elia, anno ab euero templo quadringentesimo trigesimosexto, qui est à Christo quadringentesimus septuagesimus sextus. Ea ea enim ætate Tybe- ritæ, qui inhabitabant Tyberiadēm urbem Galileæ, à qua mare Tyberiadis in Euangelio, & וְרַבְבָּן, Qua tempore  
puncta inveniuntur  
Elias act.2.l.  
accentuum

thermæ quædam calidæ celebratæ in Talmud (falluntur enim qui Masoretas Tybarenos in Paphlagonia, de quibus Mela, esse putant, cùm quæ de illis pròdūt veteres Hebræi, & Elias libro accentuum, Masoreth & Tisbi, planè repugnant) ea inquā ætate nō solùm voces variis sonis distinxerunt: sed etiam puncta bibliis ad illam diuersitatem significandam annotarunt, vt etiam illi errent vel turpisimè, qui punctorum vocalium inuentionem aut à monte Siná, per dei concessum et manus, aut ab Ezra concilioque eius, per virofū synagogę magnę institutum, repetunt. Sed his prætermisis ad institutum redeo.

#### *De prima Hebraeorum vocali.*

Aleph ut vocale est, valet à Latinorum. Ne verò scriptura sit longior, quàm venustas linguæ Hebraicæ postulet, sèpe quidem omitti solet: verùm hoc ipso quòd cæteræ vocales Vau & Iod nō ascribuntur, facilè intelligitur desiderari, vt in parasá, בְּבָאָקָרֶת, בְּבָרָהָם Abraham.

#### *Exceptiones tres.*

Regula primò fallit cùm characteristicae ad aliā notationem te remittunt, vt רְחִילָה hehelli. Vide secundam notam Rabbinicæ lectionis in libelli limine suprà.

#### *Exceptio secunda.*

Vbi scheua initio sit legē-  
libus, præserim, fœminino, vel affixis, vel syllabis  
aut

aut literis exeuntibus in mem vel nun, cuiusmodi sunt תְּמִים וְחוֹנָן, &c. Tum enim fit decessio punctorum seu temporum, mutato puncto permutabili initii dictionum in scheua, vt docet קְרֵה iekarā, פְּקַדְתֵּן pekadtēn, דְּבָרִים devarim, סְפָרִים Sepharim, צְדָקָה tsedakā. Quemadmodum apud Græcos auctis syllabis vides perspicue decrescere tempora, vocalēs que longas mutari in breues, cùm ex λέγω formas ἔλεγον. Nisi forte vicinitas accentus impediat, id est, nisi cum accentus est in penultima proxime ante Syllabicam adiectionem, vel affixum. De natu quo loquimur, nam nullus in Scriptura rabbinica figuratur. Tum autem antepenultima punctum retinet inuariatum. Exempla sunt apud Hebræos quidem קְרֵה paqáda, יְבוֹנוּ ianúnu, apud Græcos verò ἐπιτόμειον, ἐπετύχητο. Et in aliis orationis partibus, פְּנִימָה panémo, זָהָב camóbu. Cæterum quibus in locis scheua in medio dictionis intelligi debeat, habes ex præceptionibus grammaticis, in quibus traditur motiones radicum in certis personis, & motiones nominum in quatuor mutationū causis, Syntaxi, Affixo, plurali numero, fœmineo genere verti in scheua. Vniuersim tamen tecum obseruare potes scheua semipunctum esse adinuentum vt minister motionibus, eásque cōciter, ne lentiùs & prolixius retineat lectionem, quàm iucunditas orationis exigit. Omnem enim grauitatem odiosam es.

Scheua ministrat motionibus, Elias Can. 6.

*vbi scheua in  
medio dictio-  
nis intelligen-  
dum sit.*

se, nisi quidpiam leuitatis immixtum habeat. Quare Hebræos maiestatem suę pronunciationis exhibilasse leuitate huius puncti, ut ita nunc vocem, rapidissimi, quo syllabas seruiles sua ius coniūgerent cum radicalibus. Atque ita scheua plurimū venient ante literas vel syllabas seruiles quæ quidē vocales ante se proxime expressas nusquam habent (quod dico propter רְנָאֵךְ *deuarecha* מְשַׁלְּאָן *meshalān* הִפְּחִידָה *hiphkida*, & cæteræ eiusdem rationis habentia Iod ante huiusmodi seruiles literas aut syllabas, mobile, si ex analogia grammatica debere superscribi literam dagheßatam, aut geminatā, aut præcedere motionem magnam intelligas, alioqui qui escens. Prioris exemplum sit רְכָרֶךְ *deuarechà*, שְׁבָרוּ *sibberu*, בְּנֵנִי *boneni*. Posterioris פְּקָדְתִּם *pekiadtem*, דְּבָרְכִּתִּם *debarkem*. Pauca affixa quorum ratio ex grammatica peti potest, ab hac lege deflectuntur: רְבָרוּ *deuari*, וְבָרָם *deuaram*, deuaran, &c. Neutrum enim scheua ante se habent, quæ per se syllabam non efficiant.

*\*Hoc additum est propter nominis quinque aut sex punctorum de quibus infra.* Hæc de illo inserenda fuerūt, ut videres eas syllabas, quæ destituuntur vocalibus \* fere intelligendis habere aleph, exceptis locis in quibus proportione Hebraica postular esse scheva. Quenquam non

*infra.* Hebraica postulat esse scheua. Quanquam ne tum  
quidem absurdum existimari, si scheuatæ literæ  
eodem sono quo vocalis consequens, efferrentur  
præsertim cum prolatio scheua mobilis olim illæ  
declinaret sequentibus maxime gutturalibus, cō-

que modò etiam hodie Iudæi Germani pronuntiant, & vbique nunc vsus obtineat profetti per hic sequente iod, si modò alio puncto quam hiric, ipsum iod afficiatur. ex quo factum, ut pro selomo, solomon: pro Phelistik, Philistik: pro Iehudim, Iuhudei, & contractim Iudæi, pro Iehosua, Iehosue, & contractim Iosuë maiores nostri verterint. Immò & Hebraei ipsi post Babylonicam captiuitatem. Ideò enim Iohosadac Haggei c.2. Iosadac ab Ezra nominatur cap.2. Quanquam etiam ante captiuitatem Iehoram alicubi per Synæresim Ioram appellatus inuenitur. Eliàs verò censet non sequentibus gutturalibus aut iod, flectendum esse ad pathah, quo posito facillima esset commentariorum lectio, legeremus enim Syllabas fere omnes litera protractionis destitutas per A. Quis porro sit vsus cæterorū scheuaim, quæ videlicet dilatātur per motiones paruas, infrà docebo, σὺν θεῷ, vbi de notione literarum gutturalium, propter quas illa adinuenta sunt, dicendum erit.

### *Tertia excepti*

Fere suprà hoc signo \* addidi propter nominem  
quinq[ue] & sex punctorum, de quibus postea Iterum  
ob aliquot particulæ inflexiles & propria quædam  
nomina quorum notatio ex scriptura, aut dictio-  
rio petenda est. Quod pertinet ad tertiam notam  
lectionis Rabbinicæ, quam in libri Periodica dicta  
uimus. Hanc difficultatem leuissimus usus nobis

B

Cantic. 3.  
vbi aleph ra-  
dicale non so-  
net a.

Elias Elem. 5.  
orat. 4.

adimet. Sed ut redeam ad id ex quo digressus sum, Aleph sonata, maxime cum est radicale, sicuti Elias scribit, vt אֲלֵפָה קָמָה, Osee 10. אַתָּה תִּשְׁמָה, & cætera humiſmodi demōſtrant. Præterquā in coniugationibus Quiescentium lamed, aliis à kal, in illis enim Aleph quiescere ſolet in tſeri, exceptis primis vocibus coniugationum paſſiuarum, vbi quiescit in camés more ſuo. Et in futuro quiescentium pe, vbi quiescit in holem. Sunt & paucæ alia exceptiones, maxime in nominibus lamed Aleph, vbi Aleph aliás quiescit in tſeri, aliás in ſegol, &c. Nam hic ordo fere conſtat ex nominibus ſex punctorum. Sed ea uſus facile monſtrauerit. Nec tamen propterea illis locis deſinet eſſe vocale, niſi quod ſuo nativo ſono minime proferetur ex proprietate literarum quiescentium, vt apud Latinos u non deſinit eſſe vocale in hac diſtione Secundum, quamuis declinet ad ſonum o. Quale V adulterinum appellari poſſit, quo epitheto Nigidius Figulus afficit n ante literas g. & c. vt in Anguis, Ancora, Increpat, Incurrit, In omnibus enim his (inquit) non verum n, ſed adulterinum ponitur, quia dum pronūtiatur, lingua palatum non tangit.

### De, altera vocali.

Hieron. initio  
comment. in  
Abdiam.

Vau valet u & o, adeo ut etiam cum haſeph caméts aut kibbus mouere debent consonantes ad lectionem oſtendendā paſſim exprimatur, מָלֵם סֻלָּם, לְחוֹמָה ſulá, חֹרֶב, korban, קָרְבָּן, korban. מְעֻמָּדָה.

maло nedeth. Cum vero hóle vel ſurec ſemper, niſi quod in vulgatis & tritis diſtioniibus (de quarum notatione nemo niſi plane rudis linguæ ſanctæ aut vocabulorum artis, quam tractat Rabbinus, dubitate poſteſt) hólem non eſt ſemper plenum. Quæ qui non aduertunt, plerunque cæciuit in Hebræorū monumentis, vt videre eſt in trito illo Grammaticorum vocabulo מְכֻרָה Muchereth. In eo enim Vau tantum expreſſum eſt ad oſtendendam lectionem, ac propterèa ſic notandum ſit בְּכֻרָה Muchrath, à radice כָּרָת, vt ſuo loco inter docendum annotauit Ioannes Mercerus Regius linguæ ſanctæ professor, vir certe cuius diligentiam & meritum in lingua iſtā futura tempora nusquam non loquentur. Vnde hīc non habet locum obſeruatio Eliæ. In ſcriptura (inquit) hólem ſæpe eſt deficiens, & ſi enim nomina plerumque ſint plena, verba tamen fere ſunt máca in vau radicali, vt quiescentia Ain. Nam Rabbi ni illud perpetuo interiiciunt. Sed quibus in locis legam Vau per o, quibus per u? Facile responderi poſteſt, Vau valere o in primis ſyllabis, cum præfertim pauciflma ſint nomina que habeat ſuréc in pē, ſintque omnia formæ byo ꝑ oal. Verba vero nulla præter hophal quiescentium pe Iod, quiescentium oain Vau, & duplicatorum, quorum notationem tenere debes. Neque enim hīc doceo Grammaticen, ſed Alphabetum Rabbinicum & canones lectionis.

Elias tab. 1.  
orat. 2. Mafor.

Elias orat. 3.  
elem. 5. li. ba-  
bur Vau in  
primoribus  
ſyllabis ſonat

nis sine punctis. Deinde hoc pertinet ad secundam notam Rabbinicæ lectionis, id est, Characteristica-rum rationem. Eadem ratio, si mediū dictionis oc-cuperet ut תְּהִבָּשׁת tabbóseth, תְּקַבֵּת misbóleth סְטוֹרָת maforeth.

Vau sub finem  
sonat u certis  
informis.

Sub finem vero, et si certa regulavix dari possit, tam-en si tau heemanticum capiti nominis adhæref-  
cat pronūtiabitur per u, veluti עֲמָנָעָג tamnág, tamrúr, tamrúq. Aut mem, quod solum fit in  
misna tamulditarum, ut תְּקַבֵּת malquth, à radice מְלָךְ Item cum tau index videlicet fœminei generis cal-  
ci affigitur, ut in nominibus, quæ inter accidentia  
recēset Elias וְבָנָוֶת טְרוֹת labnúth, mar-  
dúth, gabhúth, malcúth: vbi fortasse legi posset תְּלָכָה melacoth, &c. forma plurali fœminea. Sed utrum  
dicere debeas facile deprehendis ex subiunctover-  
bo, adiectiuo vel affixo. Totidem enim modis am-  
biguitates quæ occurtere solent, apud Rabb. inno-  
tescunt. In aliis formis hīc sonat o. Nam non com-  
prehendo iis regulis formas nominum paulo ratio-  
res, quales sunt פְּיֻזָּה piul שְׂפָעָה peul לְיֻזָּה peul  
paul harum enim notationem vsus & lexicon sup-  
peditabit quæ tamen indifferenter per holem enū-  
tiari possunt. Nam reperias צְלָאָה tseloth, & צְלָאָה  
tseluth. Nisi quod forma נְיֻזָּה seu נְיֻזָּה frequen-  
tissime reperitur apud Rabbinos ut iod indicet le-  
ctionem cum verbalia substantiua deducunt à ver-  
bis alioqui inusitata in contextu. Cui cum non at-

Elias elem. 7.  
orat. 4.  
Babuc.In tract. specie  
rum specie 7.

Regula.

Elias orat. 3.  
ele. & orat.  
1. elem. 3.Forma  
פְּיֻזָּה  
vistara apud  
Rabbinos.

tenderet Munsterus suum compendium Gramma-tices non satis recte inscripsit קִצּוֹר kitṣor pro-  
kitṣor, formæ פִּישּׁוּר pishur טְלִוּם ṭlūm, &c. Excipe etiam peulum coniugationum kal, quæ ut  
scis, efferuntur per u. Item & tria postrema tempo-ra quiescentium ain Vau, quæ tamen citra discrimen  
efferri possunt per o.

At in fine dum Syllabam claudit studiose expen-di debet, neverba cum nominibus & e cōuerso-  
piam confundas. Scito igitur Vau, ut est ultima to-  
tius vocabuli litera, aliquando esse affixum mascu-linum singulare tertiae personæ, ac tum efferri per  
o, ut דְּבָרְיוֹ denaro, פְּקָדְיוֹ peqado: modo non veniat  
post he aut iod, tum enim post illud quidem sonat  
u, שְׁדֵהу sadéhu, פְּקָדָהу peqadáhu, post hoc vero coa-  
lescit tanquam vocalis in diphthongo: ut enim in  
scriptura post וְ וְ & utrumque hiric, וְ postposita  
diphthongum conflat: ita apud Rabbinos ex præ-  
posita (scripturam enim sine punctis, וְ וְ ingredi nequeunt) & consequenti totidem diphthō-gi conficiuntur. Alioqui enim nullum diphthongi  
seu coalescentium vocalium vestigium appareret,  
ut כְּסֶלֶף kislef, וְזִיף zif, דְּעָרָא denara, וְתָא tau, וְוָא vaf,  
quæ adiectis punctis scribuntur absque, וְ Ezech.  
9. וְ, Exod. 38. Præterea affixum וְ וְ per u pro-nunciari debet.

Aliquando esse indicem & formatuum perso-narum & numerorum in verbis, atque ita sibilare

Vau finale quo-  
fono pronun-  
tietur.

Hoc pertinet  
ad tertiam no-  
tam, de qua in  
Perrocha. Eo  
enim perpetuo  
spectandum.

Regula.

u, sicuti in שָׁמֵר sameru, pakedu, iiphkedu. Est autem huius cum superiorē facilis distinctio. Quoniam hoc ( etsi affixum esse fortasse posset, si nimirum legeres pekado, iiphkedo ) formatiuū personæ haberi debet: quia verba apud Rabbinos, aut nunquam aut rarissime huiusmodi affixa suscipiūt. Tum enim vtuntur affixis peculiaribus verborum, qualia sunt חַנּוֹן Ni, bu, Nu, ha, & Na, aut pronominibus separatis. Sibilar quoque in fine nominum Caldaicorum, ex quibus ablatum est tau Heemanticum veluti חֻנְעַן צְרוּטַן malcu, tsadu, tanu. Quę omnia ex filio orationis leuissimo negotio dignoscentur.

*De Iod postrema vocali.*

Iod valet i, & e, vnde nonnunquam pro scheua mobili & hateph segol, nedum pro segol & tseri scribi solet, & maxime in ambiguis, vt יִשְׂרָאֵל ( Sic enim punctandum, non יִשְׂרָאֵל per tseri, cum Iudæorū vulgo ) Esanne, & crebris aliis passim apud chaldæos paraphrastas. Nam nimis licenter Tremellius & nonnulli alij subtrahunt iod, leguntque forma danielis יִשְׂרָאֵל. Asanne. Ad hunc modum פָּרוֹת peroth: passim apud Rabbinos interiecto, ne quis legat פָּרוֹת Paroth, id est, vaccas, sic ad designandam lectionem Psal. 18. in Targhum אֶרְאָא auera, & Joel 2. מַלְפְּכָה malpecon, etsi nōnulli nostrorū Iudaizātes aliter per tseri Hebraico sensu reclamante, legant, vt sit pluralis numeri, sique Prophete

phetæ vaticinium ad Messiam non pertineat, verū ad omnes doctores vniuerse. Sed ne in reliquis falaris, vbi iod pro scheua minime ponitur, hanc teneto regulam.

Iod in medio dictiōnum indicat ipsum tseri, auctore Elia, pr̄sertim quando est radicale vel indicat plurale. Exempla sunt quæ citat in verbis quidem חִתְבָּה herib à לְלָה elechá à לְלָה. In nominibus vero הַבְּתָה beth adonai, הַיְיָ ben adonai, צִדְקָה sebá, in aliis orationis partibus di brechem, אַיִל ech, &c. Quod non nisi in quiescentibus Ain Vau contingere solet. Rarius adiicitur ad indicandam lectionem, vt רַבְּנוּ rabbenu, pro רבְּנָה. Itaque alibi litera potius protractionis erit stridens i. In fine verò si sit terminatio pluralis numeri שְׁוֹרָתָה, vt דְּבָרִי diuré adonai, sonabit e. Dignoscitur autem huiusmodi vox syntactica ex subiuncto הַחֲיָה index genitiū casus, vel nomine proprio. Adiectiuū enim non afficitur הַחֲיָה, nisi eodem similiter afficiatur substantiuū proxime pr̄cedens, & contrà: ac duorum substantiū ad diuersa pertinentium prius illud הַמִּינְמֵה recipit, sed posterius. recte enim dicitur דְּבָרְהַבְּכוֹבָה, cætera vitiose. Alioqui autem Iod siue obeat vicem tertię radicalis, siue sit affixum prime personę, siue quid aliud pronunciabitur per i, vt דְּבָרִי, פְּקָרְנִי, hani, deuati, peqadáni.

Cant. 5.  
C. enarratio-  
ne 6. primaria  
Tab. Mafo.

Iod radicale in  
medio sonante,  
alias i.

Iod finale so-  
nat i, nisi sit in  
dex forme plus  
ralis syntacti-  
ca.

## Appendix.

Iod & Vau  
mobilia bis  
scribuntur.

Vocales iste interim s̄epe fiunt consonantes, cum recte feriuntur punctis, vt apud Latinos v & i sequente altera vocali. Sed tum (excepto Aleph) geminari solent מִתְוָה pro מִתְוָה, matve, נֵי pro נֵי Aiial. Nisi in vocabulis usitatis. Sic initiis distinctionum cum, radicale est, vt annotat Elias, discriminis causa וַיְתִי vatik, וַיְיִלְאֵל vai. Sic enim distinguitur ab iis quæ incipiunt à Vau copula. Ex quo fit vt in scriptis Talmudicis & in Targumin Ionathæ, Onkeli, R. Ioseph cęci, Akibæ, & interdū in reliquis Hebræorum libris nomen plurale compositum cum pronomine inseparato Iod scribatur per geminum Iod, hoc modo רְכָרִי deuarei, vt declaretur esse mobile. Atque tum perspicue differt à suo singulari רְכָרִי deuari, Idem contingit cum aliis affixis, vt in Malachia kimhiano מִתְבָּרְאָה Agureieho. Quanquam non raro scriptio fit פְּרִיא, & significante Iod esse mobile מִתְלָטָה meſalai, sic וַיְיִלְאֵל. Eadem ratio in postposituo, s̄epe enim reprias וְיַעֲנֵה remiu dissyllabos. Quod nō solum ad authoris mentē facit, sed etiam ad pronunciationem literarum בְּנֵת, quas tum duriter efferendas esse intelligimus, cùm precedentes literæ מִתְוָה sunt consonantes, rāquam præditæ Mappic, vel in pausa, vt omittam ceteras causas, quæ derogant literis מִתְוָה, & de quibus minus laborant Rabbini. Neque enim magnopere in his laboran-

dum est, cum recens sit inuentum, atque adeo veteribus incognitum, vt D. Hieronymus affirmet Hebrewos nullam habuisse literam, quæ nostro P. Latino respōdeat. Certe significans nullum fuisse discrimen inter literas בְּנֵת raphatas & daghesatas, aut potius nullam fuisse habitam rationem dages leuis, vt mirer ingenia nostræ ætatis, quæ tam religiose corrigit veterem pronunciationē, Pharaonis, Phariseorum, Philistim, Chanaan, Cherubim, Chidon, ac dicunt Parao, Parisæus, Pelistim, Kanaan, Kerubim, Kidon, &c. contra veterum Hebreworum sententiam, qui, vt mododocui aspirabāt literas begad kephath, & pronunciabant, vt supra attigimus, scheua sono vocalis subsequentis. Hoc enim utrumque perspici potest ex vocabulo ιφφαθα Mar. 7. quod hodie diceretur תְּפָאָה eppetā, pro ephphatha. Nam p̄e Hebreworum & Syrorum plane προφετῶν Græcorum referebat, vt nunc p̄e Arabū & Ismaëlitarum, quod propterea p̄e raphé à Kimhio in Michlol & plerisque aliis appellatur, & olim Persarum, qui in occidentales partes nauibus transvecti Pharusios defectu literæ P. (teste Plinio) de se nominarunt. Qui etiam mos videtur antiquis Latinis celebratus, dum plerunque προφετῶν Græco aspirationē adiunxerunt. Hinc enim in Lucano Enipheus pro Enipeo scribitur, in aliis Trophēū pro tropēo, Riphæi pro Ripæis, & in Euangelio Latino Caïphas, pro Caiapás.

C ij

## *De punctis peculiaribus literarum yhn.*

*Hs in fine va-  
let A.* Trium istarum literarum notationē statim post  
vocales explicemus, quoniam etsi vocales nō sunt,  
tamen tantam cognitionem cum illis habēt, vt eas  
nonnulli numero vocalium posuerint, si Sancti Pa-  
gnino credimus. He etsi non sit vocalis, tamen in fi-  
ne valet A, siue sit paragogica siue symbolica fœ-  
minini generis, vnde apud Caldeos permurari so-  
let in  $\aleph$ , nisi alterum  $\aleph$  precesserit. Sunt tamen pau-  
ca ex nominibus quiescētibus lamed he, quæ cum  
habeant he radicale expressum, illud habent quies-  
cens in segol, aut tseri præsertim in regimine. Cu-  
iusmodi sunt fere dissyllaba, vt quæ ad sui forma-  
tionē nullam asciscunt ex literis Hæmanti, vt  $\aleph\tau\omega$   
 $\sigma\alpha\delta\epsilon$ ,  $\tau\eta\eta\eta$  bozé, & similia.

*Ain quoque & heth gaudent voce A. Quare efficitur, ut fere intelligantur habere -, vel -:, vel -; et si alioqui proportio Hebraica postularet alias motiones, ut נָהָר nahar, יְהִשְׁמָאָה iishmaá, שְׁלֹבֶן shulbhán, וַיְלֹא iiisláh. vnde & in fine dictioonis post quatuor motiones magnas habent sub se páthah, quod Hebrei páthah Ghenuuá appellant, pronunciántque post suam illam motionem.*

De literis טהרה

Literæ gutturales significanter vocantur ab Elia  
Canticis. מִבְלָבְלִים. Rationem enim notationis, & regularum  
vulgatam analogiam turbant ac euertunt. Nā vbi  
litera præcipue seruīlis præfixa per hiric vel Segol

scribi debuerat, subsequente gutturali magna ex <sup>Quibus in eis</sup> cis hæph sc-  
parte scheua dilatabitur per ségol, vt <sup>Quibus hæph sc-</sup> הַקְרִיל bee-<sup>gol legi debet.</sup>  
chil pro הַבְּחִיל bichil, וְבָאֵד eeboð, rarius per pathah  
& id quando y prima est radicis, vt יְאָסֵף laasé pro  
תְּאָסֵף lise, vbi vero per páthah, dilatabitur & per Quibus hæph patha.  
páthah טְאָכִיל maachil pro טְאָכִיל machil. Denique  
vbi per kibbúts vel kaméts hatuph, dilatabitur Quibus hæph camets.  
scheua, subsequente gutturali per kaméts hatuph  
טְאָכָל maochal pro מְכָל mochal. Seruiliis autē præ-  
cedens in omnibus istis vendicabit sibi motionem  
cognatam puncto gutturalis, cui præfigitur iuxta re-  
gulam, Gutturalis notat se & præcedentē, nisi quod  
seruiliis præcedens affecta caméts hatuph videtur  
notari per caméts motionem longam. Per A. enim  
moueri solet ac produci, quia accentu Metheg pro-  
ducitur. In nominibus exempla sunt בְּהֵמָת hebe-  
math pro בְּהֵמָה, bibmath בְּנָאֵת Saanan pro שָׁאנָן  
Sanan, אֲהֹלָה Aholo pro אֲהֹלָה, Ohlo, &c. Quod  
si contingat ut propter affixum vel aliam syllabicā  
adiectionem simplex scheua veniat post huiusmo-  
di puncta rapta, ex eis pro arbitratu alteram com-  
positionis partem elides, ne duo scheuam legas.  
Nam pro נָבְרֶךָ & נָבְרֶה tehteu נָבְרֶךָ tehetu,  
dici potest. Sic pro נָגְרֶה nabarecha dicitur נָגְרֶךָ  
nagrecha, & נָגְרֶה nagharca. Antequam autem finem  
literarum tractationi imponam, lubet prius expli-  
care rationem, quam ludę, Germani potissimum, in  
scribendis vernaculis usurpant, quaque in Iosepho

C ii

Germanico & similibus vñi sunt. Eo enim pacto plurima, quæ ad cognitionem scripturæ & lectionis Rabbinicę faciunt, innotescent. & pro a vocali sumunt. Scum raphe pro f, Vau pro u vocali & etiam pro f consonante, maxime in principio dictio-  
nis. Geminatum Vau pro vu. Iod pro i vocali, & aliquando etiam pro e, tumque plurimum præcedenti literæ subscriptunt, ut רִין reden, &c. Ain pro e vocali, vnde וְיַעֲמֵד meſet in Elia, quod fortasse Cheradamum induxit, vt scriberet Hebræos, in lectione sine punctis & surpasso. Ain pro e. Tsadi pro z, Zain pro ſ leni, Samec pro ſacuto, וּ pro x. Geminant Pé pro pf: Non vniuntur literis Heth & Tau. Ac sane Elias in Tisbi Germanos non pronunciare הָ, sed exempli cauſa מְקֻן mekan pro מְהֻן dicere author est. Cætera communia sunt. Characteres parum admodū à maiusculis differunt: In ultima syllaba dictionis raro vocalem intericiunt, בָּאָתָר vatter, non יְעַבָּד, quod ſepe fit in monosyllabis, וּ das. Idem nonnunquam in principio פְּרָנָכִיס Franciscus, & medio רַוְכָּרְטָוּס Robertus. Denique eam, vbi facilis est intellectu, ſupprimunt, ad finem ornatus cauſa ſepe & adiiciunt, quæ alioqui redundant, ut לְבוֹא lob. Obſeruaui præterea Rabbinos, vt ambiguitatem τοῦ, adimant, ipsi addere g. Ita enim intelligitur non per i pronunciandum ut Καπνινία campanie. Quod subinde ex.  
¶, ſepe  
superfluum.

perieris in lectionis Hebræogallicis R. Selomoni. Vnde & in Kimhio & aliis Rab. paſſim occurrit חִזְקָע hec. i. quomodo, pro קִנְעָה ſeu Hebraico קִנְעָה. Nam qui legunt קִנְעָה hec, non ad hanc obſeruationem ſatis attendunt. Ad eandem rem in nominibus barbaris & vernaculis, geminari ſolet, vt apud R. Selomon cap. 2. Amos, שְׁנָתִים chesnes, id est, quercus: apud eundem פְּשָׁטוּר pasmer, Gallice. Ibidem R. Da. Kimhi lingua Hispanica שְׁנָתִים castaners, id est, castaneæ. Eadem viſ, geminati, in hac voce paſſim obuiar. טוֹתְשִׁים quæſtor. Latina enim eſt, & perperam Munſteri & reliquorum punctis corrupta. Niſi quòd interdum prius eſt conſonans, vt apud R. Selomon Ps. 16. לְרוֹגָל large, lati. Eſt etiam aliud, cuius te monitum velim. Scheua ſcili-licet in nominibus peregrinis quaerque iam pro Caldaicis, Talmudicis, & rabbinicis vñi recepta ſunt, pertinere ad ſequentem ſæpiſſime. פְּרוֹמְבִּיא frombiā. i. frænum. פְּרָצּוֹפּוֹת fratzopot: & in nominibus propriis פְּטוֹלְמַיּוֹס Ptolomæus. Hoc dicto propter lexi-  
ca Chaldaica & Rabbinica, & eos qui pūcta ad Hebræorum libros adhibent. Satius enim erat voca-  
Iathed autem dicitur quodlibet scheua mobile, vbi præterea aliqua motionum accedit, qualis est dictio שָׁטוֹר she mor, illam enim & similem vocant Iathed q. clauum metaphorice. Quod si tertia motio seu syllaba, vt in בְּגִזְבֵּר ghe uarim, adfuerit, dices esse cōpositam è Iathed & motione. Nec refert sintne literæ Iathed binæ, an ternæ, vel quaternæ, modò non adiiciatur punctu ad scheua, & motionem quæ subsequitur. Quo sit vt dictio נַחַת situe נַחַת, quæ duabus: בְּכָל quæ tribus: & שָׁטוֹר, quæ quatuor literis constat, apud eos eiusdem sint ponderis. Præterea perspectum habes literæ, cum ancillatur vocabulis inchoatis ab una ex literis בְּוֹטֶה loco scheuæ quo notari proprio debuit, affici surec. Itaque tum huius surec iudicium idem omnino erit atque scheuæ, adeo vt qualibet motione comite vocetur similiter Iathed. Nam apud eos prioria sunt hæc duo

*Paulo ali- & רְבָי.* Cauc autem ne fallaris in surec literæ subeunte ter in vicé pūcti hiric, vt est surec in nomine רְבָי. Illud enim nō sufficitur in locu scheuæ, vt per te intelligis, nec absque errore ex illo cōficere potes Iathed. Præterea vt iā tenes, gutturales literæ quæ signantur scheua & pathah, aut hateph segol, vel hateph cames, cum notari scheua simplicias, nisi gutturales essent, oporteret, constituunt ob eandē causam Iathed ex illo scheua composito, ob quā è simplici facerent. Itaque non minus motiones vocū תְּמַנְּאָה veritas,

ego, לְבִילִי infirmus, appellatur Iathed, quām superiorum. Similiter apud eos perinde dictiones אֲמֻנוּת veritates, עֲבָרִים servi, אֲמָרִים dicta, habentur cōpositæ è Iathed & motione, atque supra גְּבָרִים viri.

Deleth vero appellatur prima pars versus rhythmici, qui diuisus dimidiatusque est. Sogher, altera est pars. Hæc autem duo simul, nempe Deleth prior & Sogher coniuncta, appellantur Baith sive versus. Exemplum esto id quod cecinit poeta Hai beatæ memorie.

כְּמַע קְוִילִי אֲשֶׁר יִשְׂפַּע בְּקוּלוֹת.

וְהִיא הַסְּקָפֶל הַחֲפֹלוֹת:

Audi vocem meam, qui audis voces,  
Et Deus qui recipis preces.

Hic enim prior pars linea, vocatur Deleth; posterior ve-ro, Sogher: totum autem simul, hoc est, integrum distichō seu linea dicitur Baith. At vocat pasuc carmen in quo sunt Battim pauciores decem q. Epigramma vbi enim sunt decem numero autetiam plures, habetur Sira & Carmen.

Carmen simplex, id appellatur in quo nullum est scheua mobile, cunctis dictiōibus eius motionū aliqua constan-tibus, vt illud quod condidit R. Salomon filius Gebirōlis.

בְּחַפְלָתִי סְפּוּנְבָּר.

כִּיכְבָּד יְלִמְדָר וּשְׁרָ וּכְבָּן:

In oratione mea proficiet homo. In ea enim discet rectitudinem & inno-centiam.

Certè vides nullum esse scheua mobile in aliqua harum vocum.

Carmen mixtum illud est, quod partim Iethedoth & quasi iambis, partim motionibus & tanquā spondeis constat, vt in maxima carminum parte cuenit. Exemplum paulo ante attulimus è poeta Hai, hoc exordio כְּמַע קְוִילִי Audi vocem meam. In eo enim cernuntur & Iathed, & motiones. Ceterum postea intelliges de quonā sit carminum genere, nam illorum multiplices sunt formæ.

Carmen nexum, in quo non alibi reperitur litera rhyth-mica.

T. iii.

mica quam in finibus singularū Battim siue versuum, vt fere fit. Rhymicum autem, in quo litera rhythmicā etiam in finibus singulorum membrorum versus dimidiati ponuntur, quale canitur à R. Abrah. Abben Ezra, in li.

אָחָר בְּלִי רַאשֵׁת . הַפְּלִא הַרְוֹן  
אֲזֶה מְהֻלָּל עַל – פִּיאָשׁ לְהַנְּרוֹן

Vnus absque principio, cuius gloria vniuersitas plena est, is certe celebratur ore cuiusque ad indicandum eum.  
& ita in singulis battitiꝝ atque versibus.

*Heo non sunt verba auditoris.* (Præterea carmen rhythmicum dicitur illud in quo inest rhythmus peculiaris in fine Dcleth, & rhythmus alias in Sogher, quale est carmen 13. in capitibus poeticis Eliꝝ.)

Carmē incisum, vocatur id in cuius Battim aut versibus incisa multa sunt, & in fine cuiuslibet incisi litera rhythmicā, cuiusmodi confecit filius Gebirolis.

שְׁמוֹר לְבִי טָעַנָּה יְהִי בְּפֶאָרִי גִּנְעָן  
וְרָא דָאָל וְסָנָה רְבָרִו תִּשְׁרִיפִים.

Serua o cor meum responsum, esto vehementer afflictum.  
Metu Deum, & numerā res eius, æquas.

o verbum  
Dei.  
v narrat.  
Gall.  
Compte.

Est autem animaduertēdum literam rhythmicam, modo vnam esse, modo duas, modo tres. Verbi causa dici poterit in fine p̄imi rhythmi קָרָן *solitarius*, in alterius גַּחְפָּר desiderabilis est, tertij קָרָב *perit*, quarti גָּלָד *Galadd*. In quibus omnibus literā rhythmuū efficiat. Tale autem carmen a poetis appellatur Tolerabile, nōmpe quia inter reliquias carminum species ferri potest, etiā si non usque adeo sit elegās. Quod si duæ literæ similes & mobiles rhythmuū claudant, tunc existit carmen Aptum nomine. Perpetuo enim in canticis auditui cōuenientibus existere debent literæ duæ similes ad cuiusque rhythmi finē: vt quādo quis dicit in primo rhythmo שְׁמָרְךָ כָּסְטוּדֵיכְךָ, in altero לְאָטָרְךָ, in tertio לְבָסְמָרְךָ ad complendum. In quotū omnium finibus literæ mobiles sunt וּ & יְ. Cum autem tres consonantes planè similes finē alicuius rhythmi terminant, tum efficitur carmen cui Illustris nomē est, vt si sit in fine unius verba. in alterius קָרְבָּרִים גָּבָרִים יְרִירִים, tertij vero קָרְבָּרִים se-pulchra. Huiusmodi autē raro usuerit, & nō nisi in paucis Battim

Battim siue versibus. Contra quod Aptum nuncupatur, frequēs est admodum. Nam Tolerabile non fertur à præstantibus poetis.

Insuper obscurandum est quasdam esse literas pronunciatione finitimas, & vulgum, qui earum prolationem non distinguit, existimare se ex illis carmen rhythmicum efficer posse. Atqui hic error est maximus apud artis huius peritos. Nō enim apud eos toleratur qui in rhythmo uno ponit תְּבָנָה tabernaculum per וּ, & in altero צְנָה angustia per וּ: nec qui in primo פְּצָחָה azymum, per וּ altero verò תְּפָנָתָה tentatio, per וּ fertur tamen in eis qui exercitatissimi sunt in proferendo, punctorū vocalium, inter quæ magna est pronunciationis affinitas, vt sunt holem & surec, permutatione, adeo, vt liceat scribere in uno rhythmo תְּחִרּוֹת exaratum, per surec: deinde in altero, תְּקִרְבּוֹת excides, cum holem. Nobis vero qui versati non sumus in exacta harū motionum pronunciatione, immo verò apud quos earum sonus est maxime discrepans, non licet ita agere. Sed quoniam iam tenes omnium attributorum de quibus consentiunt auctores artis huius rationem, transeamus ad carminum species.

### Degeneribus Carminum. Cap. 3.

GENERA de quibus inter se cōueniunt scriptores artis poeticæ, quibūsque canunt, sunt plurima. Primum eorum est Simplex: cuius nominis causa est, quod careat scheua mobili, quale emodulatus est insignis ille R. David Abben Iehaiæ in librum, cui titulus מִרְחָה Doctor.

אֲשֶׁר יְאַמְּרֶנּוּ לְיִהְיֶה עַל רַלְחֹתִי וּמִזְמָרָה:

O felicem hominem qui audit me, & inuigilat ad fores meas quotidie.

Similiter R. Moses Ben Maimonis in librum quem, appellauit Doctorem perplexorum.

וְעַזְיָהוּ לְוֹלֶד לְנִיחוֹת רְדָה  
וּשְׁרֵל סְלָלֶל אֶחָד מְסֻלּוֹתָה:

Notitia mea contendit adducere ad viam Rectitudinis, ad sternendum paumentum.

Alterum componitur minima compositione, nempe è iathed & quatuor motionibus. quo in genere cecinit R. Abraham Abben Ezra.

נְדוּר הַסּוֹר אֲגִינְיוֹחַבְתָּל רְעִינְגִּי  
וְשַׁח פְּיוֹלְטָוְנוֹיְאַסְטוּרִים בּוֹיְקִים:

Fuga abstulit robur meum, & turbauit cogitationem meam  
Ponitque os meum & linguam catenis vincta.

Ex eodem genere illud est, quod supra è R. Selomone filio Gebirolis produximus.

שְׁמֹר לִבִּי בְּעֵנָה:

Custodi cor meum, responsum.

Tertium constat iathed & quatuor motionibus, iathed & duplice motione. Hoc metro editus est liber שְׁמָךְ קָרְקָאָת Siclus sanctitatis.

בְּשָׁם אֶל חַי הַגּוֹן לְשׁוֹגֵן.  
כְּעַזְרָרָתְּתִים בְּאַפְנֵן:

Nomine Dei viui loquela linguae nostræ,  
Dum adhuc est spiritus vitæ in naribus nostris.

Simile condidit R. Abraham Abben Ezra.

בְּרוּם גְּלָגָל יְסֻבּ עַל מְעַנְלָה:  
שְׁמָךְ גָּל אַיוֹסְזָגָם נְגָל:

In eleuatione sphæræ (qua) vertitur in orbem.  
Nomen tuum innotescit timendum atque insigne.

Quartum conficitur ex iathed, & duabus motionibus, ex iathed & duabus motionibus, è iathed & motione. Qua forma R. Abraham Bedrasis in suo Limmudim.

לְךָ אֶלְיוֹ בְּגָלְגָלִיו בְּמַלְאָה:  
גְּלָח לְאַגְּנָלָה בְּרָגְלָה:

Tua est ô domine in sphæris domicilij  
Magnitudo, non extollam te in vexillo meo.

E qua specie similiter est precatio hæc, שְׁמָעַ קְוִלִּי, And vocem meam. Item אֶל תְּרִינְגִּי בְּמַעְלִי, Ne iudices messecundum

prænunciationem meam. Et זְהַבְתָּה בְּלַתְאָנָתִי Domine corde omne desiderium meum.

Quintum constat iathed & duabus motionibus, iathed & duabus motionibus. Quo modo deprecationem vnam R. Selomon ben Gebirolis conscripsit hoc exordio.

הַבּוֹרֵךְ יְהָאָרוֹן עַולְםָם:  
בְּפִי כָּל הַצּוֹר כְּלָטָס:

Benedictus sis ô Deus mundi dominator  
Ore vniuersæ orbis creaturæ.

De qua specie est

לְהַאֲלִילְתְּשִׁקְתָּה:

Ad te Deus mi appetitio: mea

Item deprecatio, אָרוֹן עַולְם אַשְׁר מְלָךְ Dominus mundi qui regnat. & alia.

Sextum, è iathed, & motione, iathed, & duabus motionibus, iathed & motione, iathed & duabus motionibus, vt illud quod decantauit R. Abrahamus Abben Ezra fælicis recordationis.

בְּשָׁם אֶל אַשְׁר יִצְרָה הָעוֹז בְּאַמְרוֹתָיו:  
וְעַרְחָזֵצְרָכְלָוְכְלָה פְּעַולְוֹתָיו:

In nomine Dei qui formauit, & in cuius verbis potentia inest,  
Ordinavit & formauit cuncta atque absoluta opera sua.

Hac dimissione R. Salomon filius Gebirolis composita  
precem in hæc verba.

אַמְתָּה אֶל אַמְתָּה אַתָּה וְאֶם לְרָאוּתִיךְ:  
וְאַוְלָם בְּרוּבָ טוֹבָה בְּכָל עַת חִסְיחָיו:

Vere Deus veritatis tu (es) & si non viderim te.  
At certe multitudine bonitatis tua omni tempore in te sperauit.

Septimum, è iathed & motione, iathed & motione, & iata ad finem usque, vt quod meditatus est filius Gebirolis, cum dixit,

שְׁבָתָה בְּחָכְמָה וְשִׁירָה בְּעַרְפִּי:  
אַתָּה נָהָרָה לְטַלְכָּי בְּפַחַר וְאַוְתָּה:

Laudem palato meo & carmen pro modulo meo  
Recitabo regi meo in timore & tremore.

Quo metro est illud,

אֲשֶׁר עַדְתִּי וְלֹמַד עֲנֵיהָ  
אֱפֻקָּוֹר נָחוֹתִי וּרְכָה שָׂאֵיהָ

Quaram congregationem meam, & admodum afflictio.  
Visitabo mansionem meam, & multa desolatio.

Ostium, è motione & iathed, duabus motionibus, &  
iathed atque motione, idque iuxta normam quam sequen-  
tus est R. Salomon filius Gebirolis, cum deploraret mor-  
tem magistrinostri Hai celebris viti, cuius benedicta re-  
cordatio.

גַּרְעָה קָרוֹן עֲרֵנָה  
חַיאָנוּבָה בְּלָסְרִינָה:

Excisum est cornu deliciarum  
Ipsum princeps vniuersitatis prouinciae.

Cuiusmodi etiam fudit R. Abraham ben Ezra, hoc  
principio.

כָּל אֲשֶׁר מִעֵדוֹן עֲצֹמוֹת

Cuncti, quorum opera valida, &c.

Nonum è duabus motionibus, iathed, duabus motioni-  
bus, duabus rursum motionibus & iathed, atque duabus  
motionibus. Tale cōdedit sapiēs ille R. Ichuda ben Ichai.

אֶל אֶל אֲשֶׁר בָּרָא כָּל יְשָׁאֵר נְבָרָא  
קָרְטוֹן בְּלִי חֶבְרָא אֶלְיוֹחֶשְׁבָּרָא:

Ad Deum qui procreauit omnem rem qua condita est.

Antiquum abique societate, ad eum conuersio mea.

Hoc modo cecinīt R. Salomon ben Ichai.

Diluculo quāram te, & alia pleraque.

Decimum è gemina motione, iathed atque duabus mo-  
tionibus, Rursum è duabus motionibus, iathed & motio-  
ne siue syllaba, ac est ad dimensionem carminis, quod ne-  
minant Pizmon.

אֲמִים לְבָרְדָּאָבָּנָרָאָעִילָם  
עַמִּי בְּטִיר קָסְוָוָלָנוּ לְצָלָמוֹת:

Ad benedicendum quidem nomen timendum & excelsum,  
Popule mi cantico surge & perge in pace.

Quo ex genere est illud R. Abrahā Abben Ezra in oda,

כִּיאָסְטָרָה שְׁבָתָ אל יְשָׁמְרָנִי

Quia seruabo sabbathum, Deus seruabit me.

Vndeclim, è duabus motionibus, iathed, & duabus  
motionibus, iathed & triplici motione, cuiusmodi habuit  
doctor R. Iosephus ben Iehaiæ deflens mortem cuiusdam  
R. Salomonis.

*Is est quem  
vocant Ha-  
risba.*

קָרְחָא לְהַרְחִים פְּגַשְׁרִים שְׁרִים:

חוֹשְׁוֹתָתָתָה שִׁיר אַסְרִים מְרִים:

Decalare late sicut aquila, cantores:

Properate, & pro cantico verba amara.

Deinceps in reliquis domibus inducit iathed in partem  
metri priorē. Posteriorem autem, quam Sogher diximus  
nominari, relinquit in prima institutione.

וּמְנַגְּנִים תְּנִינִים מִקּוֹם מְנִימִים חָנוּ:

יְעַנְּהָ תְּסֻובָּב כִּיעֲרִים עֲרִים:

Et canentes dracones loco psalmodie date.

Struthio circumeat vt syllas, vrbes.

Duodecimum, ex duabus motionibus, iathed, motione  
iathed & motione: vt illud, quod fecit R. Salomon ben  
Gebirolis cum exiret ex vrbe Sarcasta, hisce verbis.

וּבָר בְּקָרְאִינְגָּנוֹנִי רַבָּק לְחַפֵּי לְשָׁזָנוֹ:

Exustum est cum clamarem ego guttur meum: haec palato meo lingua mea.

Decimumtertium constat duabus motionibus, iathed,  
duabus motionibus iathed, & duabus motionibus, vt cum  
in uno ex canticis suis decātat R. Salomon ben Gebirolis.

גַּפְשָׁאֲשֶׁר עַל שָׁאוּגָה:

אֲנָה תְּשִׁלֵּחַ רְעוּגָנוֹרָה:

Anima cuius ascenderunt perturbationes

Quo mitter cogitationes tuas.

Decimumquartum conficitur ex gemina motione, & ia-  
thed, gemina motione, & iathed. sic R. Salomon ben Ge-  
birolis in quodam cantico.

מְהָדָר יְחִיָּה תְּשִׁבְבִּי

רוֹטָם כְּטַלְגָּבְבָּי

Quid tibi sola sedes?  
silens ut rex in captivitate.

Decimumquintum, è gemina motione iathed, & quatuor motionibus. Huiusmodi conscripsit R. Abraham Aben Ezra pia memoriam in diem festum Phurim.

קָמַת אֱלֹהִים עֲזֹרְתָּה  
לַיְוָנָה בָּאֶרְתָּה:

Exurge Deus in auxilium  
Mih, & responde in afflictione.

Decimumsextum, è duabus motionibus, iathed, motione & iathed, nisi quod in fine rhythmi substitutum in locum iathed posterioris motionem. Tale decantauit R. Ichuda leuita, cum ingrederetur Ierosolymam hac oratione.

צְיוֹן הַלֹּא חַשְׁאֵלִי לְטַלּוּם אַסְדוֹן

רוֹשֵׁשׁ שְׁלֹטֵךְ וְתָמֵץ יְחִידָךְ:

O Sion, nonne poscis pacem viiitorum tuorum,  
Qui querunt pacem tuam, & sunt gregum tuorum reliquiae?  
hac eadem dimensione legitur.

בָּרָא שָׁרֵךְ וְחוֹקְחָרוֹת עַלְיָלְבָנִי

שְׁמַחַ וַיְשַׁטֵּל כְּבָבוֹר עַתְּפָלָא הַרְבָּבוֹ:

Vir in cuius corde lex & statutum inscriptum est  
Gaudet & latabitur tanquam heros tempore quo stringit gladium.

Decimumseptimum, ex gemina motione, iathed, duplicitate motione, iathed & tribus motionibus. Hac mensura R. Moses ben Maimonis carmen in diem Expiationis edidit.

עַת שְׁעִירִי רָצְנוֹ לְהַפְּתָחָה:

וּם בַּאֲנָהִי כְּפֹלוּ לְאַל שְׁמַטְתָּה:

Tempore quo portæ acceptabiles aperiuntur,  
Eo ipso die ero palmas meas ad Deum tendens.

Decimum octauum est omnium maxime rude, constatque motione & iathed, motione & iathed, donec absolutum fuerit. Tale modulatus est R. Salomon ben Gebirolis.

אַרְרַשְׁתָּה תְּסֻרָּה פִּי אֲנִי עֲבָרָה:

אַעֲרוֹד גְּנַדָּה טְהָלָל נְחָמָה:

Inquiram miserationem tuam: sum enim seruus tuus.  
Instruam coram te præconium optatum.

Pauci autem sunt qui hanc sequantur speciem obdurationem. Cæterum non est quod te lateat, hanc partitionem in species carminis, non illam esse quam proprie fecerunt, periti poeticæ. hi enim carmen diuiserunt in genera, deinde sub quoque genere species aliquot reposuerunt: verum hanc quam attuli, divisionem longe faciliorē arbitratus sum. Hic igitur absolutum sit quod vidi sufficere ad compendij institutum. Laus Deo sustollendo.

### ANNOTATIONES IN SUPERIORREM librum de Metris Hebraicis.

LIBRATIS.) Heb. תְּכִזְלָות ponderatis, hoc est, verbis quo- Pag. 149.  
rum quantitas appenditur, an in his syllabæ constent una decem motionum, quæ omnes productam faciunt dimensionem: an schema simplici, aut composito, quæ correptam. Item numeratis. Numerantur enim verba, & eorum syllabæ, ut consequentibus proportione & numero antecedentes versus respondeant. Ita enim debet intelligi, quod mox in secunda definitione de proportione dicit. Hinc perspicci potest Hebraeos poetas, partim imitari Græcos & Latinos, partim Gallos & vulgarium gentium versifices. ab his enim mutuantur syllabarum enumerationem, & præterea rhythmum seu ὀμοιόπλισιον: ab illis quantitatis productio nem & breuitatem. Nam hęc omnia Hebraico, ut nunc habet, carmini accidit. Olim enim alia ratio erat, quam secuti sunt Moses, David rex, Salomon & Prophetarum plurimi, à qua non dubito, quin ad Græcos & Latinos poetica maximè lyrice permanarit. Quod & annotant Iosephus, Philo, Eusebius de Præparatione Euangelica, & Hieronymus compluribus locis. Horum autem metricam dimensionem intercidisse arbitror ob crebros miseræ gétis Iudaicæ metus & exilia: quæ quantum bonis artibus officiant, nimis notū est.

TAM PÆRFECTAS.) Voces perfectas hic appellari putto, quinque motiones longas, & quinque breves, quodd plenam & Ibid. absolutam vocem efficiant: imperfectas verbæ, schema & tria hatephim, quod parum soni autibus exhibeant & vocem vix semiplenam ad auditum perforant. Hinc à nonnullis semipunctata, ab aliis punctata breuissima seu rapta vocari solent. deinde ea sunt imperfectione ut quantumvis mobilia per Grammaticorum regulas, carminis causa apud Poetas sēpe mutescant.

Pag. ۱۴۹. RHYTHMVS.) Heb. תְּרֻוָתָה vel תְּרֻבָתָה, generaliter significat orationem quæ similiter definit, sive constet dimensione poetica, sive prosa, ut sit in ὁμοιοπλάται rhetorum, tuncque absolute ita appellatur. Nam cum adest certa pedum mensura, dicitur cum adiectione, תְּרֻבָתָה. Quod autem prosa oratione ita sape vntur, perspici potest ex Rabinorum præfationibus multis, ut secunda Eliæ in suum Tisbi. Quales sunt plerique libri nostrorū, ut Augustini, Gregorij, Bernardi. Cum autem constat duntaxat rhythmico seu consonantia (sic enim vertitur ρυθμὸς) appellatur הַלְצָה prosa. Vide Eliam libro memorato.

Ead. pag.

L I B R O de Demonstratione.) Hic existimo citari primum librum Aristotelis de Demonstratione, ex quo intelligitur definitiones antegressas minime exactas esse, & habendas potius descriptionum nomine. Constant enim genere & partim communium, partim propriarum affectionum frequentia, non autem genere & differentiis, quales nec exactæ sunt, nec demonstrationis principia sive media. Quia autem non nisi obiter hoc attingit libro illo priori Aristot: posteriorē autem ex professō, fortissimē ad aliū philosophum (qui multi sunt lingua Hebraica) respexit noster Rabbinus. Nec vero mireris citari Aristotelem ab Hebræis, cum præsertim illi, ut studiosissimi sunt cuiuscunque partis philosophia, ita & in suam linguam præcipios philosophos, ut hunc, ut Platonem, ut Ptolomæum, ut Galenum conuerterunt. Et certe in bibliotheca Regia extant prædicti philosophi Methaphysica, & Sphæra Ioannis Sacroboscij Hebraicè.

## C A P. II.

۱۵۰.

S E P T E M regum.) Veteres & primi punctorum inuentores motiones tatum septem posuerunt, nomine camets complexi etiam camets hatuph: nomine Hiric, vtrunque hiric: nomine Surec, Kibbutz. Eas vocarunt reges cōparatione scheuæ, qui minister regum seruusque est. vide Eliam Catico sexto, & R. Isaacum in xvij. cap. Geneeos.

Ibid.

M E T A P H O R I C E ) ut enim clavis una parte tenuior, altera amplior est: ita & pes quem appellat Iathed & quasi iambum Græcorum prima syllaba breuis est, altera longus atque amplioris pronunciationis.

۱۵۱.

D E L E T H) hoc aliquo pacto intelligi potest ex dimetris Comicorum & Tragicorum nostrorum, apud quos carmen dimetrum est illud quod constat duobus metris & quodlibet metrum pedibus duobus, ut apud Terentium.

Sed ecce ipsum. Video, occidi.

Primum

Primum metrum seu mensura, quæ iambo & spondæo incedit, appellaretur Hebraice deleth, introitus & ostium. Illa enim parte versum ingredimur. Altera quæ anapæsto & iambo, Sogher & veleti clausula. Claudit enim versum, ut recte à Munstero deleth definiatur, primum rhythmi metrum, sogher vero posterius. Integer autem versus baith, id est domus habens ostium & interiora ad extremum usque parietem.

L I N E Å ) שְׁלֹחַ exponitur ab Elia in Mas. oratione quinta posteriorum tabularum שְׁוֹרְתַּת הַמִּפְרָךְ linea libri, & vernacula veritutur ranche. sic autem Noster R. vocat totam Baith quod lineam, vbi fert pagina, compleat. Nam alioqui huc in modum metra duo chartæ angustia distrahi necesse est.

שְׁבָעַ קְוָלוֹי אֲשֶׁר חָשְׁבָה בְּקוֹלוֹת:  
וְאֶל הַמִּקְבָּל הַתְּפִילוֹת:

Ex quo Baith modo interpretati sumus versum, modo distichō, ut utrumque percipi possit. Ceterum in hoc exemplo obserua notam, qua deleth distinguitur a sogher esse punctulum, & aliquando interuallum absque illa alia notula: cōtra sogher, qui finis est versus, & baith duobus crassi scutulis punctis terminari.

P A S V C ) ut Latini & Græci paucos versus pro numero applicant distichon, tetraстichon, hexastichon, octastichon, decastichon: coaceruationē verò pluriū, carmen, aut elegiā, odā, nāniam, aliquóue alio nomine, ita Hebræi vocat Pasuc, quasi פָּסָע & versum Epigramma, vbi battim sunt pauciores decem. Odam autem & carmen (hoc enim sonat טִירָה) cum numerus ille exceditur.

טִירָה.) Versus hic constat octo spondæis, hoc est, ut Hebræorum more loquimur, sedecim syllabis longis, aut sedecim motiōibus. Præterea in eo deleth rhythmo non conuenit cum sogher, ut intelligas id non esse perpetuum, sed satis esse, ut versus versu consonet, נְבָנִת, scilicet נְבָנִת. Huiusmodi autem vocatur carmen Nexus, de quo paulo post.

I L L O R V M multiplices sunt formæ) significat carmen simplex vnius esse specie: mixtum autem diuersarum, quod & docbit tertio pōst capite: & huius nonnulli xvij. species pro varia iamborum, spondeorū & syllabarū collocatione atque situ numerant.

I N C I S A) hīc distinctiones & commata, in quæ clausula periodūs vñc inciditur, Ciceroniano verbo incisa interpretatus sum, atque inde incisum carmen, quod in multas subdistinctiones dissecatur.

T O L E R A B I L E) Heb. טְרִיאַנְס trāsiens, ut cum nostri disputationes dicunt, Trāseat, de re parum apta, sic Galli Cela peut passer.

Ibid.

Pag. ۱۵۲.

Ibid.

hoc carminis genus Munsterus vocat transiens atque vulgare.  
EXERCITATISSIMI.] sic eos appellat qui optime vti-  
norunt lingua Hebraica, tenentque veram, exactam & paulo cu-  
riosiorem literarum punctorumque omnium vocalium pronun-  
ciationem, quales feruntur ben Aser & ben Nephtali, eorumque  
discipuli, & quos in hoc argumento Elias in suis in grammaticam  
R. Mose Kimhi cōmentariis, homines Tyberiadis appellat. de hac  
re multa initio nostrae Isagoge. Rabinicæ. Elias in Tisbi בְּקִיָּה  
[quæ vox hic reperitur] eum esse dicit in quo inest aliquid vñus in  
quadam disciplina aut arte, vocarique Italice Practicum.

## IN CAP. III.

Ibid. SIMPLEX] hoc carminis genus constat ex meris spondatis  
seu motionibus. Numerus autem syllabarum, quibus absolvitur,  
certo designari non potest: modo enim pluribus, modo pauciori-  
bus pro dicentis confilio conficitur. deinde quod etiam in sequē-  
tibus generibus vñu venire potest, interdum paribus syllabis con-  
stat, interdum imparibus. Quod puto tractum ē nostrorum acata-  
lectis & hypercatalectis, deinde monometris, dimetris, trimetris,  
& tetrametris, vt enim hi versus cum in eis nihil abundat, neque  
desideratur quicquam, nūcupātur acatalecti: cum aliquid redundat, hypercatalecti: cum syllaba deest, catalectici: cum duę, brachy-  
catalecti: ita Hebræorū binarij, quaternarij, senarij, octonarij nūc  
pares sunt, nunc syllaba redundantes, interdū etiā non satis pleni.

Pag. 156. PIZMON] Elias in Tisbi, Pizmon dicit quædam appellari  
carmina, à clamore, nonnullorum quidem sententia, cum tamen  
proprie, inquit, nesciant quid rei sit, incōperto adhuc etymo. Est  
& aliud carminum genus quod sabbatis & diebus festis canunt,  
respondētque hymnis festorum, quibus Christiani Dei beneficia  
in nostris tēplis celebamus, nomine קְרֹבּוֹת פִּזְמוֹן vel omnia  
autem hæc generaliter vocantur. His generi-  
bus refertum est Breuarium Hebræorum.

PHVRIM] Iam à temporibus Esteræ Persarum reginæ, institu-  
tum fuit festum in recordationem liberati populi domini ex fu-  
rentibus decretis Hamanis, qui erat à sigillis regis Assueri, appella-  
tumque Phurim, veluti sortium festum, quod contra sortes quas  
iecerat Haman in perniciē Iudæorum, salus Dei numine eluxisset.  
vide nonum caput libri Esteræ.

hoc carminis genus Munsterus vocat transiens atque vulgare.  
EXERCITATISSIMI.] sic eos appellat qui optime vti-  
norunt lingua Hebraica, tenentque veram, exactam & paulo cu-  
riosiorem literarum punctorumque omnium vocalium pronun-  
ciationem, quales feruntur ben Aser & ben Nephtali, eorumque  
discipuli, & quos in hoc argumento Elias in suis in grammaticam  
R. Mose Kimhi cōmentariis, homines Tyberiadis appellat. de hac  
re multa initio nostrae Isagoge. Rabinicæ. Elias in Tisbi בְּקִיָּה  
[quæ vox hic reperitur] eum esse dicit in quo inest aliquid vñus in  
quadam disciplina aut arte, vocarique Italice Practicum.

## IN CAP. III.

163  
NON N V L L O R V M. C A N T I C O R V M,  
quorum initium in hoc libello citabatur exempli causa, Latina conuersio,  
eodem interprete.

## DEPRECATIO EX QUARTA SPECIE.

סְמֻעַ קְדָשָׁלִים

*AVDI vocem meā, qui audis voces,* Eliso quoque in salute,  
*Et Deus qui suscipis orationes.* Precari  
*Qui facis ab his peruestigatione ingētia* Et Ezechie in aqueductibus.  
*Mirabiliaque, metuendus operibus:* Quinetiam Ione in corde maris  
*Sapiens, & permanes in perpetuum,* Extrahens illum in lucem ē tenebris.  
*Fortis ultra omnes potestates:* ipforum  
*Misericors, miserator & bonus,* Adfuisti Anania & Azaria Brevia-  
*Beneficus & multiplicans propitiatio-* ria.  
*nes,* Et Misaeli in liberationibus, mira pre-  
*Qui promisisti Abraham, & Isaaco,* stando.  
*Iacob quoque, te impleturum cunctas* Danieli similiter miserationibus tuis,  
*petitiones:* Per angelum eum liberans à leonibus.  
*Adfuisti in carcere Iosepho,* Item Mardocheo & Esteræ,  
*Ex fouea subducēs eum ad res magnas.* Laboribus illorum cum exultatione  
*Exaudisti in Aegypto populum tuum,* commutatis.  
*Educēs illum ex oneribus in libertate:* Exaudiisti in auxilio Ezechiel,  
*Trauiiens eum per mare* Machabeos: tanquam exercitus  
*Demersō in voragine ipforum hoste.* In medio globo b Hominibus vel  
*Allocutus es in monte Sinae M osem,* Quo tempore invauit per nomen tuum semita.  
*Et misisti cum bonitate tua in redem-* c Multi-  
*ptionem.* c insigne operibus.  
*Respondens Aaroni in thymiamate,* Exoratum te exhibuisti piis, instisque  
*Atque etiam ipsi Phineas in iuriis exe-* omnibus  
*cutione.* Qui quouis seculo fuerunt in ecclesiis.  
*Iosueo, Heli, ac Hanne* Succurrens nauibus marinis saiente  
*Cum ipsa verbis adoraret.* turbine,  
*Samuelem in salute exaudiens,* Et afflictis inualecente agitudine.  
*Et puerperas super ipsarum sede.* Presto errantibus per solitudines,  
*Item Salomonem multa frumenta pace,* Atque iis qui compedibus vincitī sunt.  
*Et Davidem, qui tibi occinit a in gra-* Respondens cunctis inclamatibus &  
*dibus.* inuocantibus,  
*Respondisti Eliae in Carmelo,* Atque orando ad te venientibus. a Allu-  
*Et ignem qui alimenta consumeret mi-* suo ad  
*sisti cœlitus.* Exaudi pauperem humillimū omniū. Cantica  
Tolle peccatum eius, suscipiens precem graduū  
Produc quæsō miseratione tua annos vinostris  
eius: vertunt  
Manda, ut impleantur cuncte petitio- a Psal.  
nes ipsius. cxxxiiij.

Aestimato precatio[n]es eius thuri loco,  
Coram te (sint) sicut oblationes & ho-  
locausta.  
Atque o[ste] Deus, qui suscipis preces,  
Exaudi vocem meam qui audis voces.

**ODA E O D E M , AC S V-**  
perior metro, in qua Hebraice ser-  
natur ordo alphabeticus.

אָלֹהֶת אַלְפִּין

Deus mi, ne me iudices iuxta prenari-  
cationem meam:

Ne metiare in sinum meum operatio-  
nem meam.

Per indulgentiam tuam parce mihi  
viam,

Ne queſo Deus rependas mihi pro me-  
ritis.

Superbiam animi mei tibi summittam  
& lacerabo

In dolore meo cor meum, non tunicam.

Vel Aeger corde sum, torpens & afflatus  
petra Ob scelus meum & multitudinem im-  
mea. pietatis stultiæque mee.

Percussus labore, non vino, pene  
Gressus mens à seminata tua motus est &  
pes mens.

Et quid respodebo, quóde ad auxilium  
refugiam?

In die iudicij ad quem configiam? &  
exempli quis mihi (adiutor?)  
re-Superbia mea obuerſatur vultui ocu-  
quicun lisque meis,  
tuam. Ignominia mea contra ex aduerso mei  
est.

Peccata mea o[ste] si percepérunt vicini  
mei,

Tu fugiunt & abscedunt à termino meo.  
Pro- Pollutus animo sum, redit & circuit  
pier eadme Cor meum in me super omni peccato  
ribili. & capitali.

Non illa cū ascendunt in animū meū,  
Vidi ea tam ad dextrā quā lenā meā.  
Ut stipula discussa ego agitor & im-  
pellor,

N[on] equi remittitur aut inhibetur labor  
meus.

Ad te oculi mei in deprecatione meā o[ste]  
domine,

Dum suspirio, exaudi loquoram meam  
& vocem,

Pars hæreditatis mea, & petra forti-  
tudinis desideriūque mei,

Spes mea, potentia atque robur meum.

Duc me queſo per viam aquam

Coram te, & dirige semitam meam.

Parce peccato meo, & adapia cor meū,  
Quod nō ſcīus errat, atque paſtor ſtul-  
ius.

Exaudi clamorem meum cum pulſo fo-  
reſtus:

Vide f[ig]uram meam, cura dolorem  
& tormenta mea,

Redime me ab iniuitate mea o[ste] petra  
decoris mei.

O meum in exilio & infirmitate robur,  
Obſcamum doloris mei, gaudiū cor-  
dis in ventre meo.

Latitia mea in ſuſpirio meo & luctu.  
Pullato vultu tibi ambulabo incurua-  
tus,

Absque robore, & propitiatiōnem tuam  
cum poſtulabo,

Vide ut memoria tui, o[ste] Deus, in medio  
cordis mei ſit,

In cogitatōe mea diurna & nocturna.  
Refice me queſo, acceptum me habe, o[ste]

Deus veritatis,

Placeatque tibi donū laudacionis mea.

Perducito me addies statutos finis mei,  
Et paſce me diebus etatis, ſecundūq[ue] mei;

Parce mihi & expia opus meum,

Et attende ad carmen meum, ſicut ad  
cantum h[ab]itum Musi & Mahli.

Et quando adduces creaturā tuā ad  
iudicium,

Deus mi, ne iudices me ſecundum pre-  
maricationem meam.

**ODA TERTIA EODEM**  
metro.

Coram te domine omne deſideriū meū,  
Etiam ſi non illud fululo ad labia  
mea.

Velis precor placide ut expirem.

Quis verò dabit ut ſuccedat votū meū,  
Atque deponam reliquum ſpiritū mei  
in manu tua,

Et dormiā, dulceſcatque mibi ſomnus  
meus?

Cum ſummoner[et] a te vita mea mors  
eft:

Quod ſi adhuc ē tibi, mors mea vita eſt  
Verum haud ſcio in quo preueniam,  
Aut quod erit ministeriū meū & lex.

Vias tuas domine doce me,  
Et reſtitue a vinculo iſtūtū capti-  
tatem meam.

Doce me dum adhuc in me eſt facultas,

Vt me affligam, & ne deſpicias i clā-  
morem meum.

Ante diem quo ero mihi onus.

Et diem quo grauiſ erit pars mea par-  
time[us]:

Humiliaborque vel inuitus, & abſumet  
Oſſa mea tinea, & fatigabuntur ſubſi-  
nendo me.

Petam locū quo peruenere patrem mei,

Et in loco maſtioni eorum manſo mea.

Sicut peregrinus, hoſpes ſum in ſuperfi-  
cie terre,

Et certe quia in viſceribus eius ha-  
ditas mea eſt.

Pueritia mea huic que ſue indulſu li-  
bidini.

Ecquando verò proſpiciam domui mea?  
M undus qui ſubſedit in corde meo, <sup>h Horū</sup> familia  
Obſuit, quoniam inquirerem extrema preerat  
mea, <sup>cantori-</sup>

Et quomodo colam creatorem meū, cibis, <sup>canebat</sup>  
adhuc corāta-

Vinctus ſim ſomitis mei? & ſcrus con-  
bernacu <sup>lo Domi</sup>  
cupiſcentia mea?

Quo paſto gradum ſublimem perquirā, ni i pa-  
Cūcras mibi uermis futurus ſit ſororis <sup>ra. 6.</sup>

loco?

Quo paſto lētū erit in die boni cor meū,  
Cum neſciam an laeta mibi futura ſe  
dies crastina?

Dies & noſtes dulces,

Ad consummandam carnem meam  
uisque ad interitum mei.

Et in flatum diſperget dimidium mei,  
Et in puluerē redigent partem alterā.

Et quid dicam cum ſomes meus perſe-  
quatur me,

Sicut hoſtis a pueritia mea ad ſenectu-  
tem?

Quid verò mibi de tempore, niſi bene-  
placitum tuum?

Quod ſi portio mea tu non es, quæ por-  
tionem <sup>i affli-</sup>  
mea?

Ego operibus ſpoliatuſ & nudus, <sup>k ante</sup>  
In iſtitia autem tua ſola mibi eſt veſti-  
mentum. <sup>neclutis</sup>

Sed quid adhuc producam lingua[m] &  
poſtulabo

Domine coram te deſiderium meum?

**ODA Q V A R T A**  
ex quinto carminum genere.

לְאָלֹהֶת אַלְפִּין

AD te Deus mi deſiderium meum,

In te appetitio mea & amor meus.  
 Ad te cor meum & renes mei,  
 Spiritus mensque mea.  
 Ad te manus mee & pedes mei,  
 A te est dispositio mea.  
<sup>Corpo-</sup>  
<sup>ris con-</sup>  
<sup>suntio.</sup> Ad te os meum & sanguis meus,  
 Cutis mea cum corpore.  
 Ad te oculi mei, cogitationes mee,  
 Forma mee & sapientia.  
 Ad te spiritus meus, in te vis mee,  
 Spes fiduciaeque mee.  
 Tibi cor, sanguinem, adipem,  
 Tanquam onus offero, holocaustum simul  
     meum.  
<sup>Ani-</sup>  
<sup>ma.</sup> Tibi vni non alteri,  
 Tibi confiteretur unica mee.  
 Terrenum, magnificentia,  
 Laudatioque decet.  
 In te auxilium angustia tempore,  
 Esto presidiū meum in mea afflictione.  
 In te spero quo tempore torqueor,  
 Vt puerpera in gemitu suo.  
 In te fiducia mea, sana contritionem  
     meam,  
 Dolorem meum, meaque plagam.  
 Tibi rugiam & non filebo,  
 Quoniamque illuſtraueris tenebras meas.  
 Tua est victoria, in te confido,  
 Tuque es potentia mee.  
 Ad te clamabo, tibi coherescam  
 Donec redactus fuero in meū puluerē.  
 Tuus sum quandiu vino,  
 quanto magis post meum obitum?  
 Tibi patet faciam & confitebor  
 Peccatum & impietatem mee,  
 Tibi incuruabor & pangam palmas:  
 Audi obsecro deprecationem mee.  
 Tibi animo fracto lachrimabor  
 Incopia loquela & molestiae mee.  
 Tibi benignitas, tibi indulgentia,  
 Misericordia omnes labores meos.

Maius est quam vt feram peccatum  
     meum,  
 Creuit manus rebellionis mee,  
 Propterea que aucti sunt dolores mei,  
 Et messui sationem mee.  
 Heu me, hei miki, si  
 Indices me pro impietate mee.  
 Fomes meus obsidet me perpetuo,  
 Vt aduersarijus oppositus mibi.  
 Consuluit & seduxit me.  
 Consilii miki pernicioſis.  
 Ob illum, non ob alterum,  
 Violentia mee & ob murmuraciones.  
 Quando ascendunt in cor meum  
 Iniquitates mee in lecto meo.  
 Valde paueo atque etiam tremo,  
 Admodum augetur fremitus mens.  
 Contremisco si quando recorder,  
 Coram te fremitus mens  
 Et ante confito nudus.  
 Que vero erit responsio mee  
 Quo die testificabitur in me medacium  
     meum?  
 Et comedet fructu legis mee,  
 Venientque dies retributionis.  
 Propinquabitque tempus visitationis  
     mee?  
 Auditum tuum quando percepi,  
 Turbatuſ ſum admodum & timui,  
 Ecquis ſtabit in confiteſtuo?  
 Ecquis erit pro me?  
 Quo pacto tibi cum eis habitabis?  
 Quomodo iuſtificabor defenſione mee?  
 Deliqui, infideliatus ſum,  
 Perfidioſe egi & contemptim.  
 Rapui, furatus ſum,  
 Malè feci & impie:  
 Quin etiam superby atque violētas fuis  
 Peccavi & ad peccandum induxi alios,  
 Mentiuit ſum & blasphemauis,  
 Errans ac alios seduxi.

Deridendos alios propinavi, & derifi,  
 Vt impleat petitionem mee.  
 Preuaricatus ſum, rebellauis.  
 Spreni, laceſſi,  
 Male & iniquè me geſſi,  
 Impius fui & corruptis moribus,  
 Execratus ſum, aberrauis.  
 Receſſi à viis tuis,  
 Et operuit me ignominia mee.  
 Auxi impietatem,  
 Roboratusque ſum in malignitate mee  
 Simulauis, ſceleratus fui,  
 Oppreſſi, contudi,  
 Peccavi in principio meo,  
 Impie egi in nouissimo meo.  
 Deliqui in pueritia,  
 Perfidioſus fui in ſenectute.  
 Fastidius legem tuam,  
 Meam vero delegi.  
 Deserui voluntatem tuam,  
 Concupiſcentiam autem meam ſecta-  
     tus ſum.  
 Impleui libidinem ſomitis mei,  
 Nec attendi ad nouissima mee:  
 De industria peccatum adieci  
 Ad impietatem & delicta mee:  
 Vt proinde operuerit vultum meum  
 Ignominia mee atque pudor.  
 Nec eſt mibi preter te refugium,  
 Et à te eſt propitiatio mee.  
 Qui miſereatur nullus eſt preter te:  
 Ac à te venia mee.  
 Quod ſi ingressus fueris in iudicium  
 Cum ſeruo tuo, quod erit robur meum?  
 Quid ego? quid vita mee?  
 Que vis mee aut fortitudo?  
 Taquam ſtipula agitata ego impellor,  
 Quo pacto igitur recordaris erroris  
     mei?  
 Tacui, pudicactus ſum,  
 Et texit me ignominia.  
 Fanorem ſuum obsecro ingriter,

Multum ablue me ab iniuitate mee,  
 Et peccato mee.  
 Infice multitudinem laborū meorum,  
 Extenuatus ſum in exilio mee.  
 Ne queso abſcondas aurem tuam,  
 Meo pro refuſatione clamori.  
 Dulciter affice ſeruum tuum in bonum,  
 Dic quā anguſtia mee, ſatis eſt.  
 Ostende mibi ſalutem tuam,  
 Ante diem mortis mee.  
 Quo die cecidero in laqueum venan-  
     tis me, Illati-  
queatio-  
nis mee  
 Sustine quā ſlapſum meum.  
 Abſynthio ſatiata eſt anima mee.  
 Adeo ut me tæduerit vinere.  
 Fac mecum ſignum in bonum,  
 Et iam conſurge ad opem mee.  
 Tu certe es portio hereditatis mee,  
 Iubilatio mee & bonum mee,  
 Sors mee, laus mee,  
 Tota exultatio mee & gaudium,  
 Lætitia cordis mee & lumen oculorum  
     meorum,  
 Ab initio deſiderium mee,  
 Tranquillitas mee & oblectatio,  
 Qui eſt mee & clamor mee,  
 Imbue me cultu tuo  
 Tibique ſit cultus mee.  
 Conuerte me & conuerter,  
 Et acceptam habe respiſcentiam mee:  
 Doce me vias tuas,  
 Et dirige ſemitam mee.  
 Audi orationem mee,  
 Exaudi deprecationem mee.  
 Toto corde quaſiuite,  
 Exaudi me Deus inquifitionis mee.  
 Fundam lacrimas meas ad te,  
 Dele peccatum meum lacrimis meis.  
 Portio mee, inquit anima mee,  
 Dominus atque hereditas mee eſt.

Collige precor iniquitates meas  
 Per misericordia die interitus mei.  
 Et quo die pergam ad cōspectum tuum  
 Gratim habe iter meum.  
 Et cum ijs qui executi sunt voluntatem  
     tnam,  
 Tribue mercedem operis mei.  
 Mittens angelos gratie  
 Ut procedant in occursum meum,  
 Et dicant, fūstus es tu aduentus tuus.

Voce vna in ingressu meo.  
 Adducant me in hortum deliciarum  
     tuarum:  
 Ibique sit habitatio mea  
 Et fruar lumine tuo.  
 Atque pone in gloria requiem meam.  
 Lux verò qua coram te reposita est  
 Sit latebra mea & tabernaculū meū.  
 Atque sub umbra alarum tuarum  
 Tugurium meum statue. Amen.

<sup>Respon</sup>  
<sup>detinere</sup>  
<sup>rogatio-</sup>  
<sup>n. Et in</sup>  
<sup>quit fa-</sup>  
<sup>tus &</sup>  
<sup>tāquam</sup>  
<sup>balitus</sup>  
<sup>in me,</sup>  
<sup>sic, Psal.</sup>  
<sup>Spiritus</sup>  
<sup>vadens</sup>  
<sup>& non</sup>  
<sup>rediens.</sup>
**H O L O C A V S T V M M A T V T I N V M**  
 Salomonis ben Gebirolis è nona specie.

תְּבִקָּשׁ

Diluculo queram te, ô petra et presidium meum:  
 Instruam coram te matutinam & vespertinam orationem.  
 Coram magnitudine tua stabo territus:  
 Oculus enim tuus cernit omnes cogitationes cordis mei.  
 Quid istud quod potest cor & lingua  
 Facere, & que vis mea? spiritus meus in medio mei.  
 En tibi placet cantio hominis, propterea que  
 Laudabo te tantisper dum spiraculum Dei in me fuerit.

Deo laus, honor & gloria.